

1702.


1. Barthius, Christophorus Goldfuess: *De imaginibus veterum, in bibliothecis vel antiquariis.*
2. Barthius, Heinrich: *De poenis innocentium.*
- 2<sup>o</sup>. Barthius, Heinrich: *De paenitentia innocentium. Ed. nova et recta, cui accessit Ratio: De non remittenda poena capitali Heinrici VIII.*
3. Barthius, Heinrich: *De laetiorum ex bellico defuncti, ab hacce. Sc. praestanda.*  
<sup>a. b. c. d.</sup>
4. Bochmer, Iacobus Henningus: *De administratorebus bonorum ecclesiasticorum 4 Script. 1702, 1723, 1730, 1743*
- 5<sup>a</sup>, 6<sup>b</sup>, 7<sup>c</sup> Bochmer, Iacobus Henningus: *De collatione presentationum 3 Script. 1, 2, 3. Ed. 1702 - 1741*
- 6<sup>a</sup> 7<sup>b</sup> Bochmer, Iacobus Henningus: *De novo parochorum et parochianorum 2 Script. 1702 - 1729*
- 7<sup>a</sup> 8<sup>b</sup> Bochmer, Iacobus Henningus: *De bonis parochialibus 2 Script.*
- 8<sup>a</sup> 9<sup>b</sup> Bochmer, Iacobus Henningus: *De resurrectione creaturarum scriptis 3 Script. 1702, Rec. 1715 - 1732.*
9. Brunnmannus, Iacobus: *De appellatione scripto principis restata*

10. Petrus Chorographus : De Clauis bus; expertioribus  
maxime Germanicis

11. Petrus, Chorographus : Distributio historica, C. Fausti  
Caesaris ab anno Antonini usque aliosque Germanos  
gesta bella explicantem . . . examini publico expedit

12. Goettsche, Andreas : Rejare apostolorum





079.

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
DE  
**POENIS INNOCENTUM,**

*Quam*  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
SCEPTRI BORUSSICI ET ELECTORATUS BRANDENBUR-  
GICI HEREDE, AC RELIQUA,  
EX DECRETO ET AUTORITATE INCLUTÆ  
FACULTATIS JURIDICÆ,  
SUB PRÆSIDIO

**DN. HENRICI BODINI, Jcti,**  
Serenissimi ac Potentissimi Boruss. Regis Consil. Eccles. in Duc.  
Magdeburg. & Prof. Jur. Ordin.

**DN. PATRONI AC PRÆCEPTORIS SUI SUMMOPERE COLENDI,**  
**PRO LICENTIA**  
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES CAPESSENDI,  
Ad D. *Maji Anno Salutis M D C C I I.*

Horis Ante & Pomeridianis  
*Publicæ disquisitioni exhibet*  
**SIMON HENRICUS CÖPER, Detmoldiâ-Lippiacus.**

EDITIO NOVA ET REVISA. CUI ACCESSIT DIATRIBE,

D E

**NON REMITTENDA POENA CA-  
PITALI HOMICIDII.**

---

*HALÆ MAGDEBÜRGICÆ,*  
Litt. CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

POENAS IN PUNIS

D/ PRIBERICO ANTONIO

IN HENRICI PONTE TERRI

PRO PACEM XI

SI MON HABENDA FERIA

NON REMITTENDA FORIA

PATRI HOMICIDII



I. N. D. N. I. C.

Th. I.



## Um homo ex statu

perfecti amoris (qui omnis legis ex Obligatio  
pers est) per cupiditates proprii ju- legis orta  
cundi excidit, & servili legum jugo est ex pec-  
eius impetuosi affectus constringendi cato.  
erant, cum ut perversitatem inclina-  
tionum suarum agnoscat, tum ut

metu poenæ seu majoris molestiæ ipsi  
inferendæ, à nimio concupiscentiæ æstu retrahatur, omnes  
ejus posteri, perpetuo reatu se se ita involutos facile sentiunt, Liberatio  
ut non nisi ex gratia se ab eo liberari posse, per reliquias na- ab obliga-  
turalis rationis concipere possint; ad quam à summo universti tione legis  
Domino obtainendam nulla alia via nobis parata est, quam ut per meri-  
per exemplum & meritum Theanthropi, tanquam mediato- tum Christi  
ris, iniquitatem affectuum reformidare, ac continua contra parata.  
hos lucta, ad amissum amoris statum reverti, & nova creatura Deus homi-  
in spiritu Deo novo sedere sociata existere nitamur; Cui à nes punit,  
Deo omnibus oblatæ gratiæ si quis resistat, ab omnipotente non tam  
judice immensas ex justa vindicta ipsi irrogandas poenas tan- quod mala  
dem sentiet, vid. Job. 16. v. 8. & 9. H. Gr. de J. B. & P. L. 2. C. fecerint,  
20. §.4. Respectu verò hominum inter se, vix est, ut propter quam quod  
communem omnibus naturaliter coherentem imbecillita- griam in  
tem aliquis in altero damnare possit, quo ipse inquinatus est, vera fide nō

**Pena non irroganda propter pravitatem, sed obsecrataem publicam & non nisi cum amore.** & à conservo suo exigere, quod non ab ejus propriis viribus, sed à Supremi Domini gratia devotis precibus exoranda dependet, vid. Job. 8. v. 7. Unde facile sequitur, in foro humano poenam etiam in maximè improbos non aliter irrogandas esse, quām quatenus aliquid communem externam societatem turbat, & cuius actuale facinus certam communitatē peccatorum lädit, & quidem ab eo, cui conservatio illius societatis incumbit; idque non nisi cum amore & misericordia & non aliter, quām quatenus multorum temporalis conservatio hoc postulat & majus bonum externum per hoc morali certitudine promovet; Ut sic in poenis humanis irrogandis non tam meritum, quod revera omnibus commune est, vid. Matth. 5. v. 21, & 22. it. v. 28. Ep. ad Rom. 3. v. 12, & 23. sed necessitas publica inspicienda sit, vid. H. Gr. d. c. 20. § 5. Quamvis enim Grot. dict. c. 20. §. seq. & alii penam emendatoriā ab hac regula excipere videantur, tamen cum reatus delicti magis in pravitate animi, quām in materiali facto, quod inter homines per se indifferens est, consistat; animi verò correctione præter fundamentalem informationem & Divinæ voluntatis representationem humanis viribus in altero obtineri non possit, etiam poenam emendatoriaē non aliter locus esse videtur, quām ut mali tantum deterreantur, pravitatem suam aliis damnosam in actum externum deducere, quamvis negandum non sit, bonum Magistratum, in coercendis malefactis profine externo seu potius pio desiderio quoque habere, ut homines revera emendentur, ac propterea in promovendo publico ministerio Ecclesiastico & autoritate illorum, qui quod ad sinceram emendationem facit, juxta verbum Dei per amoris plenam instillationem, sine omni tamen acerbitate, curant, meritò sollicitum esse, quod cum poenā externis tamen nihil commune habet.

**Sed emendatio autoritate ministerii Ecclesiastici obtemenda.** Th. II.  
 Cū ergo sola aliorum utilitas sit scopus poenae exter-

næ,

næ, non immixtæ dubitatur, an & quatenus innocentes pro *An dentur*  
*aliorum salute alicui malo, ex actione non ita merito, tanquam pœna inno-*  
*pœnæ subjici possint? de qua utilissima & J.Cto cognitu ne. centrum &*  
*cessaria materia loco inauguralis hic tractare scopus est; ostensio. scopus Di-*  
*suri (1) quid sit poena, (2) quis innocens, (3) an Deus innocentia spurationis,*  
*tes puniat, (4) casus, ubi hominibus innocentem pœnæ subjic-*  
*cere liceat.*

## Th. III.

Cum autem hic de pœnis innocentum agendum sit, *Origo vocis*  
*pœna* de vocis pœnæ significacione atque ejus origine præ-  
*mittenda. Videtur vero Pœna*, græce πονη, originem su-  
*am trahere à verbo πονεῖν affigere, uti Cato & veteres scrip-  
*funt, aut quia delinquens afflxit, aut quia afflictione dignus;*  
*Quare errant ii, qui Etymologiam latinam huic voci affin-  
*gunt, eam à pœnitere deducendo; non enim omnis pœnæ*  
*subjectus pœnitentia dicitur, quod in tantum abest, ut etiam*  
*multi ipsa pœnæ perniciosiores fiant, & cùm pœnitentiam a-  
*gere deberent, nequitas atque scelera perpetrare magis stu-  
*deant. Pœnæ autem verbum in jure nostro latissime pater,** *Homonymia*  
*nam quandoque pro culpa accipitur in l. fin. ff. de fidejuss. & ge-*  
*neratim acceptum, quamlibet coercitionem noxiæque vindici-  
*etiam significat l. 131. ff. de verb. signif. §. fin. l. i. de legat. Sic*  
*usura l. 38. ff. de negot. gest. l. 40. ff. de reb. cred. & mulct. d. l. 131.*  
*ff. de verb. sign. l. 7. §. 8. ff. de administr. tutor. id, quod interest*  
*l. fin. ff. de eo. quod cert. loc. l. 19 ff. Jud. solv. pœnæ dicuntur,*  
*qui in etiam expensarum condemnationem Imperator pœnam*  
*appellavit Rubric. & tot. tit. de poen. tem. litig. Coras. lib. 2. Misc.*  
*cap. 21. n. 1. cui add. Goedd. ad l. 131. n. 10. ff. de verb. sign. In dō*  
*& poena omne id appellatur, quicquid extra rei perfecutio-  
*nem est l. 2. in fin. ff. de tutel. & rati. dist. l. 12. §. 1. si quis omis-  
*caus. iust. ab intell. l. 25. §. 1. ff. que in fraud. cred. l. 1. §. 2. ff. ad L.*  
*Aquil. In famosiori verò & specialiori significatione pœna*  
*dicitur coercitio alicujus delicti commissi, in qua acceptance,*******

**Definitio** utpote quæ hujus loci est, definimus poenam, quod sit *afflictio*  
**pœnæ inter** alicui propter lesionem Reipubl. pro conservanda communi-  
**homines.** tranquillitatæ interroganda; Diximus, publicæ tranquillitatæ  
 seu salutis causa, per quæ verba non solum excludimus repara-  
 rationē damni privatis dati & emendationem delinquentis,  
 quippe quorum primum ad justitiam particularem tantum  
 pertinet, & obligationem privatam producit, posterius vero  
**Cessante u-** ex punientis actione non dependet, & rarissime obtinetur;  
**tilitate pu-** sed etiam per ultimam verba hoc indigitamus, quod si nul-  
**blica,** **cess-** la utilitas ex cōercitione alicujus malefacti Reipubl. contin-  
**re debet pa-** gere possit, illud non puniendum esse, non enim aliquid puni-  
**enda** est, quod turpiter factum aut peccatum est, sed ut pu-  
 blica tranquillitas promoveatur. Hinc illud Senecæ, quod à  
 Platone mutuatus est. Nemo prudens punit, quia peccatum  
 est, sed ne peccetur. vid. Duaren. *in comment. ff. ad tit. de pœn.*  
*c. i. & Goeddeus ad l. 13. in pr. n. 25. 28. ff. de verb. signif.* Uni-  
 ca igitur & solitaria causa pœnæ infligendæ est scelus Reipubli-  
 cæ, quæ suprema lex dicitur, quæ utilitas publica in legibus  
 exprimitur per metum multorum *int. i. C. ad L. Julianum re-*  
*petund.* qui cæteros à similibus facinoribus deterreat *L. 31. ff.*  
*deposit.* *l. 28. §. 15. ff. de pœn.* Poena enim ad continentiam Rem-  
 publ. valde necessaria, ut non immerito dixeris premio &  
 pœnæ Reipubl. contineri, quo respexit Ulpianus, cum dice-  
 ret, Jure consultos tam metu pœnarum, quam præmiorum  
 exhortatione bonos efficere *l. 1. ff. d. f. & f.* intelligit sc. bo-  
 nos politicè & civiliter; virtus enim interna, multoque magis  
 Christianismus, non per pœnam externam, sed potius ex parte  
 hominis per internum & sinecūm amorem boni, ex parte  
 vero Dei per concurrentem gratiam & meritum Christi, ac-  
 quiriri poterit, uti jam in procœdio dictum; quamvis etiam &  
 hoc largiamur, quod & externa pœna, præprimis quæ cum  
 amore conjuncta, & ex amore proficiuntur, ad meliorem vi-  
 tam & internam poenitentiam aliquando præparationem  
 faciat.

Hic cùm sciamus, inter Theologos & Moralistas contro-  
verti, num in Christianismo delicta necessariò sint punienda, blica Chri-  
stiane? & an judex Christianus poenias in refractarios salvâ siana deli-  
pietate & Christianâ charitate unquam dictare possit? pau-  
ca sint pu-  
cis investigabimus, an & quatenus in Christianismo poenæ nienda, &  
locus sit. Ubi notandum, quod (1) actus mere interni, et quatenus?  
iam si per confessionem subsecutam ad aliorum notitiam per Non punien-  
veniant, ordinariè puniri ab hominibus non debeant, nisi di actus in-  
quatenus in actus externos erumpunt, quia ex actibus mere terni.  
internis jus & obligatio inter homines non nascitur l. 18. ff.

de pœn. addatur Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 20. § 18. (2)

quod actus inevitabilis naturæ humanæ ob communem ho- Nec actus  
minum imbecillitatem poenæ externe non subjiciant, Rom. 2. nature cor-  
v. 1. 2. 3. Joh. 8. v. 7. Ep. ad Rom. 3. v. 12. & 23. Sic enim totus e- rupere inevi-  
teretur mundus & nullus relinqueretur impunitus. Pro-  
tibiles. be tamen actus, per pravam consuetudinem in animum transfe-  
untes, ab actibus Naturæ humanæ inevitabilibus discernendi  
sunt: Illos enim, quatenus humanam tranquillitatem lœdunt,  
pius ac bonus Magistratus è Republ. Christiana, convenien-  
tibus mediis, quaatum poterit removere merito studet. Add.  
Grotius d. I. §. 19. Hos verò ob communem imbecillita-  
tem necessariò tolerare debet, vid. Grot. did. c. §. 3. Ibid.

¶ 2. (3) Quod peccata nec directè nec indirectè societa- Nec peccata  
tem humanam turbantia Dei iudicio sint relinquenda, qui quatenus in  
& ad ea noscenda est sapientissimus, & ad expendenda æ. Deum com-  
quisimus, & ad vindicanda potentissimus, vid. Grot. d. C. §. mittuntur.

zo. adeoque nullum delictum, quatenus per hoc in Deum pec-  
catum est, sed tantum quatenus per hoc Respubl. lœsa, eique  
scandalum publicè datum poenæ externæ cöerceri debet. Sed  
eodem modo, quo injuria in personam Imperatoris vel  
Principis illata, non nisi ab ipso Imperatore vel Principe  
judicanda per l. un. C. si quis Imper. maledix. Illiusmodi  
peccata, quatenus sc. in Deum commisla, ad Divinæ Majesta-  
tis

tis tribunal remittenda sunt; Quippe homo finitus & multis erroribus obnoxius, in causa Dei tanquam entis infiniti & ob peccata in se commissa sibiique æternas & infinitas poenas reseruantis, imò vindicandis delictis in se commissis sufficiens, nec judicio humano indigentis, judex esse nec potest nec debet, nec Deo, qui externa poena non satiatur, nullo modo satisfacit; Unde dici solet: Deorum injurias Diis curæ & perjurium satis Deum habere ultorem. Ut legere est apud

*Nec peccata  
occulta.*

Tacitum 1. annal. cap. 83. add. l. 2. C. de Reb. Cred. & Jure, in pr. & tota dissertatio Dn. Præsidis de Reservatis Divinæ Majestatis. Si (4) peccatum Reipubl. non cognitum, quia per hoc scandalum datum non est, unde peccatum Parochio manifestatum ex confessione quasi ipsi Deo factæ, ab externo Magistratu puniendum non erit, cum quod publica ejus di-vulgatio Reipubl. magis damnosa, quam salutaris, tūm quod talia Deo tantum manifestata sunt. Adde Grot. d. l. §. 22. (5) nec Christianus, quatenus Christianus, & imprimis Parochus, externam debet urgere pœnam, siquidem ex Salvatoris sententia eorum officium est prædicare pœnitentiam & remissionem peccatorum, adeoque per viam Evangelii, mediantebus piis adhortationibus & persuasionibus ad us-tavocat & mentis mutationem peccatores ducere debent,

*Nec parochi  
panas ex-  
ternas recte  
urgent.*

*Ob nullum  
crimen a-  
mor cessare  
debet, quod  
& in panis  
observan-  
dum.*

Vid. Apost. Paul. Epist. 2. ad Corinth. c. 5. v. 20. (6) quoque omnis poena & imprimis ultimum supplicium, ut ut pro Reipubl. salute necessarium, cum Christiana charitate & misericordia dictari & exequi debet, cogitando, quod condemnato delin-quente sèpius coram Deo pejores sint judices, quamvis per Benignissimi Numinis directionem illis similis occasio pec-candi defuerit, ac inde illi in hunc, vel in similem, vel in majo-rem etiam reatum non ceciderint, quòd facit locus Apost. Paul. ad Rom. c. 11. v. 17. & seqq. & c. 2. imprimis v. 4. & 5. Quapropter execrandi & abominandi ritus nonnullorum plus quam barbari, qui summo cum triumpho magnoque cum gaudio atque exultatione festiva præparatoria ad ulti-mum

mum supplicium faciunt, ac si gaudium esset, in Republ. Christiana facinorosos habere, qui ultimum promeruerint supplicium; cum tamen secundum Christianam Charitatem potius signa doloris & misericordiae monstrare, hocque sollicitate agere deberent, ut delinquentem ad paenitentiam piis modis persuadere, & per exemplum triste & lugendum alios ad meliorum frugem redigere possint, pro se Deo gratias submissas agentes, quod ab istius modi scelere illos per gratiam suam solam immunes servaverit: quo pertinent omnia illa loca S.S.V. & N.T. quae Grotius sapientia alleg. cap 20. §. 10. fuisus congesuit. Interim tamen cum Grotio in subiecto §. 11. & seqq. ex moralitate & verbo divino revelato certi sumus, quod ob crimina Reipubl. admodum nociva à Magistratu, quatenus Magistratus, delinquens recte puniatur. Magistratus enim unusquisque, & ita etiam Christianus à Deo ad hoc constitutus est, ut facinorosos, qui societati ipsius cura commissa nocent, puniat, nec ensem à Deo ad hoc sibi commendatum frustra gerat. Vid. Apost. Paul. ad Rom. c. 13. & tanta etiam est post Evangelium propagatum multorum hominum improbitas in medio Christianismi, ut publica tranquillitas & salus obtineri non possit, nisi quorundam poenâ reprimatur, aliorum audacia, quippe cum ne sic quidem, inter tot cruces & supplicia sonum, satis tutu sit Respublica. Poenæ enim ait Old. ob corruptam ex Adami lapsu hominis Naturam introductæ sunt, quibus mali coercantur ne peccent vel delinquant faciliter. Qui enim justè agere propter naturalem legem summamque bonitatem non expedit, quiq[ue] obtemperare non vult rationi, in qua sunt honestatis formulæ, quas intelligit quidem diante conscientia, sed contemnit: is, rogo, quid spectabit, quid timebit, si poenas adimas? certè nihil, sed corruet in omnia flagitia: Nam quid faciet, ait Cicero lib. 3. offic. is homo, qui nihil timet? Alioqui vir bonus, qui juri naturali obtemperat, & voluntatem suam illi conformem facit, eamque sequitur, is omnibus poenis exceptus est, nec timet, sed amat

*Respublica  
Christianæ  
sine poena-  
rum irrogac-  
tione con-  
servari nec  
quit.*

Magistratum velut honestatis conservatorem. Ideoque tuilias honorum utilitates æquitati Naturæ præfert, neminem sciens ludit, & vere justus est, quatenus ad politicam vitam attinet. Recteque Socrates execrari eum solebat, qui primus utilitatem naturæ contradistinxisset. Id enim querebatur caput esse exitiorum omnium, ut Cic. refert: Hinc intelligis, pœnam esse defensiones legitimas ex natura concessas, sicut & Magistratus. Argumenta, quæ contradictentes de lenitate Dei in novo scedere, de penitentia & præcione spati ad penitendum urgent, in contrariam sententiam nos non trahunt; quod enim Christus dicit, qui innocens est, primum lapidem mittat, & quod adulteram impunitam dimittit, non habet hunc sensum, quod Magistratus externus crima punire non debeat, sed illud indicare voluit, quod Magistratus ejus temporis iisdem & similibus peccatis esse maculatus, & sic contra talem personam delinquentem officium boni judicis subire non posfit; adeoque ipse Christus, qui unice ad prædicandam penitentiam & remissionem peccatorum in mundum venerat, & officio Magistratus externo nullo modo fungebatur, illam adulteram à se tantum dimittebat, aut tanquam cordium scrutator ob veram & sinceram resipiscientiam (quæ tamen homines latet) illam absolvebat. E contra implementum legis Mœsaicæ, quæ etiam poenas graviorum quorundam criminum Magistratibus rigide imperabat, Exod. cap. 21. v. 14. Deut. 19. v. 11. 12. 13. Deut. c. 12. v. 1. ad 10. exclusive & c. 13. v. 13. seqq. Lev. 20. per totum serio inculcat, & ipsam pœnam homicidii Matth. 26. v. 52. & c. 5. v. 21. 52. expressis verbis approbat. De vera penitentia vero vix est ut hominibus constet, & facile sic fieri posset, ut omnes delinquentes penitentiam simulerent, & ita pœnz sele semper subtraherent. Nec etiam propter penitentiam malefacta impunita relinquenda, sed pœna ob læsionem, quæ Reipublicæ contigit, simpliciter exigenda. Licet enim aliquid injusti patiatur ut homo, vel ut Christianus, injustè tamen non patitur ut civis, imo & Exempli

*Removen-  
tur argu-  
menta con-  
traria,*

¶ (11) ¶

culo justissimi & sanctissimi Dei, qui non semper pœnitentia  
ducit omniem remittit pœnam, quod vel Davidis exemplis  
apparet, 2. Sam. c. 12, § 24, sed peccatorem temporali pœnæ  
interim subdit, Magistratus quoque ex voluntate Dei in cri-  
mina delinquentium pœnis externis merito animadvertisit.  
Sicuti autem istiusmodi pœna divina, quā afficit pœnitentem  
peccatorem, non judicis irati, sed patris castigantis re-  
spectum induit; Ita quoque Magistratus punitens, si ipsi per  
quædam signa delinquentis pœnitentia constet, etiam talem  
ad supplicium vel pœnam externam trahendum, tamquam  
membrum Ecclesiæ tractare, & ut hic in consociationem fide-  
lium recipiatur, ejusque funus honeste sepeliantur, curare de-  
bet. Quod attinet ad spatium pœnitendi, pius quidem Ma-  
gistratus curam habeat, ne facile quemquam ad supplicium  
rapi patiatur, nisi dato tempore, quo peccata sua agnosceret,  
ac serio detectari posset. Qualem pœnitentiam, ut recte Gro-  
tius inquit, etiam bona opera morte interclusâ non sequan-  
tur, acceptam Deo esse posse, latronis cum Christo cruci-  
fixi exemplum probat; non tamen asseri poterit, vitam lon-  
giorem ad magis seriam resipiscientiam prodesse potuisse, ne-  
que Magistratus externus sub incerta hâc spe ab officio sibi  
commisso defilere, & impunè rempubl. ladi admittere de-  
bet, præcipue, quod sepius tam obstinaces & refractarii in-  
veniantur, qui nullo modo ad pœnitentiam sese persuaderi  
patientur, sed potius talem ultrò assumunt induracionem,  
quod per hanc pœnam externam effugiant, ut istiusmodi fa-  
cincorofis merito dici possit illud Seneca: Quod unicumbœ-  
num tibi supereft, repræsentabimus mortem: ut & illud ejus-  
dem: quo uno modo possunt, definiant mali esse. Ex quibus  
omnibus constat, pœnas quidem à judge Christiano irrogari  
posse, inò debere, dummodo à charitate & misericordia non  
recedat.

Propter im-  
penitenti-  
am pœna  
non est dif-  
ferenda.

Th. IV.

Misit alii, quæ de pœnis adhuc dici possent, ad mem-  
brum

B 2



*Quis innocens*

brum hujus dissertationis secundum progradimur, brevibus definitionem innocentis investigantes. Vox innocens derivatur ab in & noceo, quod idem significat ac damnum afficio vel incommodum affero per l. 1. § 1. & 15. ff. de aqua & aqua pluvia. arced. denotatque vel damnum praesens vel futurum l. 2. § 31. ff. ne quid in loc. publ. & sicuti nocens propriè dicitur is, qui non rebus, sed personæ nocet, aut qui injuriam aut maleficium commisit in personam; ita qui alteri in bonis nocuit, damnum intulisse dicitur; per l. 1. § 6. ff. de his qui effud. vel dejec. In substrata materia innocentem dicimus, qui ratione delicti vel criminis commissi ita extra culpam est, ut de vero & proprio reatu convictus non sit. arg. l. 5. ff. de pen. Vers. Satis enim.

### Th. VI.

*An innocens possit puniri?*

Cum jam ex definitionibus penæ & innocentis extra controversiam sit, quod ille, qui nihil admisit, nullam quoque penam propriè mereatur l. 26. ff. de pen. & l. 22. C. codem & quod ita nulla pena sit dictanda in illum, qui criminis expertus videtur, cum peccata suos teneant authores, nec ultius progreedi debeat metus, quam reperiatur delictum d. l. 22. C. de pen. hinc planè in utilis posit videri labor, dissertationem de eo, quod non est, vel de penis innocentum conscribere velle. Quoniam tamen tum in penis divinis ob specialissimas postea explicandas rationes, sapientius innocentes ad minimum ratione illius delicti, quo eo tempore externis penis punitur, videantur puniri, cum quoque in foro humano illa regula (Delicta tenent suos authores) aliquando ob utilitatem publicam suas patiatur exceptiones: inde non immerito de penis innocentum disceptatur, quando & quousque hisce locus sit.

### Th. VII.

Maxima autem hic primo occurrit differentia inter penas à Deo in suas creaturas statutas, & penas ab hominibus in homi-

homines dictandas: adeoque jam supra in hujus dissertationis partitione tertium constituius membrum; An Deus puniat innocentes? quam quæstionem itaque hoc loco primo tractamus. Videtur equidem, hanc quæstionem non pertinere ad cathedram juridicam, cum tamen Theologianon invitajuris-prudentia permittrat, ut ex suo nonnunquam mutuetur promptuario, quod ad meliorem rerum facit notitiam, & certiorem faciat JCTum, qui & hodiè in Reipubl. Christiana Christianus esse debet. Vid. Befold. in *Templ. iustit. n. 65.* & ne-mo ex novissimo non malo Cujacii effato sefetali commissurus erit JCTo, qui solo prætoris edicto contentus, religionem ad id non pertinere, fibi persuasum habuerit, vid. Dom. Casp. Ziegler. in *elegant. disput. de Baptism. non iterand. n. 4.* & in *notis ad Grotium de J. B. & P. in proleg. p. 37. 38. 39.* quem allegavit Do-minus Præses in *Disp. Jurid.* Non furtum facies: inde in hac imprimis materia, quæstiones de pœnis divinis non planè erunt omittenda, sed illæ potius examinanda eum in finem, ut constet, an homo in pœniis in hominem dictandis, à pœ-nis divinis argumentari possit.

## Th. IIX.

Ad ipsam quæstionem quod attinet: An Deus sc. puniat innocentes? simpliciter asserimus, quod Deus nunquam vere puniat innocentem nec æterna nec temporali pœna. Deus enim ita est misericors ut eum, qui nullam promeruerit pœnam, condemnare à sua justitia judicet alienum. Sapient. c. 12. v. 15. De pœniis æternis clarus est textus apud Ezech. c. v. 17. 18. 19. 20. de pœniis temporalibus autem nostra sententia magis dubia esse videtur, per textus Exod. c. 12. v. 12. & c. 20. 5. Deuternom. c. 5. v. 9. Num. c. 14. v. 33. poster. Sam. c. 12. & 13. & 18. 21. v. 1. prior. Reg. c. 21. v. 21. 24. & 29 & c. 14. v. 10 u. Josu. c. 7. per totum. quod, etiam pertinet locus Deut. c. 23. v. 2. 3. Ille enim locus non intelligendus est, ac si à precibus & omni cultu di-vinus non removendi essent spuri, sed quod munere publico Sacerdotis in Ecclesia, qui ipsum Sanctum ingrediebatur, fun-

**G**i non deberent; De cætero autem ad devotionem & cultum etiam externum in anteriori parte æquè ac omnes gentiles & exteri admittebantur. Consentit versio Weimeriana ad d.l. Deut. c. 23, v. 2, 3.

## Th. IX.

*Quæ respe-  
cta Dei pro-  
prie pœne  
non sunt.*

Ut ut autem divini textus primo intuitu innuere eviden-  
tur, quod Deus temporalibus pœnis innocentes afficiat, istius  
modi tamen calamitates, quas filii impiorum delinquentium  
ex judicio divino passi sunt, revera & propriæ respectu Dei pœ-  
na dici non possunt, licet hominibus tales videantur, & ad  
captum quoque humanum vel potius ratione delinquentis in  
sacris aliquando dicantur. Omnis enim dolor imò & ipsa mors  
unicuique homini, etiam absque præcedenti speciali delicto,  
propter inhærens originale peccatum & carnem peccaminosa-  
mam a Deo tamquam vitæ authore, ob solum supremi Dominii  
Ius, quod habet in creaturas suas, recte & justè infertur, quod  
evincunt textus Ps. 90. v. 4, 9, 10. & ad Rom. 3. v. 4, 12, 23. & c. 9 v. 20.  
21. Quod in tantum verum est, ut si Deus post protoplastorum  
lapsum totum genus humanum extirpatus fuisset, nihil ab ho-  
mione ipsi objici potuisset. Nam antequam Deus hominibus  
lapsus aliquid promisit, eisdem ad nihil tenetur. Cum autem  
Deus hominem ex æterno suo decreto in ipso creationis actu  
ad perpetuam conservationem formare voluerit, hinc etiam  
post lapsum cum hominibus ex mera gratia in salutare quidem  
descendit fœdus, ad æternam creaturarum Salutem tendens;  
attamen ob communem omnibus ex lapsu corruptam natu-  
ram Dominus vitæ & necis est, & quandocumque vult, homi-  
nem ex hac vita revocare potest. vid. d. Ps. 90. v. 4, 9, 10.

## Th. X.

Veleriam allegatis dictis innuitur affectus pravos paren-  
tum per horum sanguinem ita naturaliter transplantari in li-  
beros, ut jam proprii in iis residant, & ita in descendentes re-  
vera una cum sanguine paterno propagentur, ut & hi peccatis  
paren-

parentum delectentur, eorum vestigiis insistant, & ad similia ducantur crimina, licet forte non quidem ob deficientem occasionem ipso actu, ad minimum tamen affectu & inclinatione naturali, adeoque se paternorum delictorum participes faciunt, quapropter & merito propter inharentem propriam labem easdem cum suis genitoribus luere debent poenas. Confirmat inter alia 1. Reg. c. 14. v. 13. interim tamen summoperè veneranda est Dei misericordia in eo, quod depravatos illos parentum mores, qui filiis sunt hereditarii, vix ultra tertiam vel quartam generationem propagari permittat, sed in descendantibus illos paullatim extinguat; Cum tamen econtra pietas parentum in posteris ex directione Numinis omnipotentis benigna plerumque sit perpetua, & in multa consanguineorum millia duret. Exod. c. 20. v. 5. & 6. Deuteronom.

6. 5. v. 9. 10.

### Th. XI.

Aut etiam Deus aliquando facinorosorum filios pios in horum æternum commodum & felicitatem doloribus & afflictionibus afficit, ut memores paternorum delictorum ipsi deterrantur, ut etiam eo respectu his non sit poena, sed potius beneficium. Huic sententia ulterius explicandæ inserviunt, tradita à Riveto in Exod. c. 20. v. 5. T. I. Opp. pag. 1277. ubi sequentem in modum scribit. Quod si posteri sint pii qui tamen vel bonis temporalibus & honoribus, in parentibus, aut propter parentes privantur, vel etiam gravissimis doloribus, afflictionibus & morte ipsa, ante tempus infiesta, afficiantur, talia piis non nocent, nec poenæ eorum sunt, quamvis aliis, quorum partes sunt, poenæ sint. Quinimo accidit, ut quæ parentibus sunt poenæ, filiis sint probationes & medicina, immo exercitia & occasionses majoris virtutis & melioris præmii.

### Th. XII.

Ex antecedentibus itaque satis abundeque constat, quod Deus Justus & misericors nullum puniat innocentem, & quod

*Non omnes afflictiones à Deo immis-  
se, sunt pa-  
ne.*

*Deum nunquam innocentem, nec sine amore puniri.* & quod potius omnis ejus poena sit proportionata delicto. Coligendum quoque ex antea dictis, quod Deus quidem secundum justitiam suam peccata hominum non possit relinquere impunita, sepius tamen id, quod pena respectu delinquentis dicitur, hominibus ex mero amore irroget, confirmant textus *Prov. c. 3. v. 11. 12. Hebr. 12. v. 5. 6. Supr. c. 12. v. 22. seqq.* Imò Deus, qui est essentialis amor, & secundum suam essentiam non alter nobis manifestatus, quam per amorem. *Johann. 4. v. 16. etiam gravissimas poenas introduxit ex amore;* ut homo ad eum tanquam fontem amoris revertatur. *Quod inter alia evincent loca Scripturæ Sacrae Levit. c. 26. v. 17. 18. 23. 24. 27. 28. 40. 41. 42. 44. Ezech. c. 18. v. 23. Joel. c. 2. v. 13. Post. Petri. c. 3. v. 9. Prior. Corinth. c. 13. v. 5. in fin.* Quod & in tantum verum esse credimus ut nulla sit poena divina, quæcunque etiam illa sit, quæ non amorem pro fundamento habeat, vel quæ ab essentiali amore Dei secerni vel removeri possit: in Deo enim nulla nec lucis nec tenebrarum mutatio reperitur *Jacob. I. v. 17. in fin.* Quod verbum amoris Divini omnes non capiunt, nec ullus recte & in totum intelligit vel intelligere potest. Hoc tantum per gratiam Dei & operationes Spiritus Sancti dicere valemus: Deum esse amorem.

## Th. XIII.

*Refutatio illorum, qui dicunt: Deum punire tantum ut puniat.* Quare male faciunt illi, qui ex *Rom. c. 9. v. 17. 20. 21. c. 12. v. 19. Jes. c. 1. v. 24. 6. 45. v. 9. 6. 66. v. 24. Jerem. c. 18. v. 6. Prov. c. 1. v. 26. 16. v. 4. Deut. c. 28. v. 63. & c. 32. v. 35. 41. 43. Nahum. Hag. c. 1. v. 2. Hebr. c. 10. v. 30. 31. Mare. c. 9. v. 44. similibusque S. S. locis evincere conantur. Deum tantum punire ut puniat, & ex ipsa pena voluptatem capiat. Inter quos est *Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 20. §. 4. n. 2.* Cum enim amor Dei sit immensus & homini incomprehensibilis, homoque tanquam ens finitum de actionibus Dei tanquam Entis infiniti nihil judicare possit, nisi quantum ex mera gratia & Spiritus Sancti operatione amorem Dei experitur: Hinc impium est assertum: Deum punire saltem*

tem ut puniat, & voluptatem exinde capiat. Allegata enim dicta S.S. in genere tantum innuunt justitiam Dei; in specie autem textus *Dent. 28. v. 63. Isa. Cap. 1. v. 24. Prov. 1. v. 26.* non exprimunt affectum, sed effective intelligendi & per metonymiam signi denotat, quod refractarii peccatores oblatam Divinam gratiam respuentes, à Deo tandem negligendi, omnisque solatii expertes extituri sint, ita ut quali ridiculi fiant, & irrisione digni ostendantur; *Quod non est gestu, sed ipso facto deridere.* Dn. Zieggl. ad Grot. ad l. add. Weisii Logic. pag. m. 204. n. 29. & Calov. advers. Grot. & Zieggl. in fin.

## Th. XLV.

Multò magis & illi errant, qui putant Deum jure supereminens dominii, & ex abominatione erga malefacta interdum innocentem cum nocente punire; Quia assertio sane ab immenso Divino amore & justitia aliena est. Nec arguunt (1) de peccato primorum parentum omnibus post <sup>Deus homini-</sup> <sub>nus non pro-</sub> ris imputato, (2) de pœna diluvii, qua filii Dei (per quos <sup>nisi propter</sup> pios denotari existimant) cum filiis hominum (seu peccatoribus) perierunt; (3) de illis paganis quibus nunquam <sup>peccatum</sup> <sub>Adami &</sub> gratia <sup>Eve,</sup> Dei per Christum nobis parata innoutuit & illorum, prosapie, in contrarium movere poterunt. Quod enim lapsum primorum parentum concernit, ille ipsa ejus perpetratione, naturaliter progeniem illorum contaminavit, ita ut ex illo reatu non nisi peccaminofum naturaliter prodire potuerit, de- <sup>Sed propter</sup> quo prater ea, quæ supra thesi 10. dicta sunt, vid. proœm. proprios re- <sub>atus.</sub> disput. Dn. Præfidiis de oblig. Forens. Juris Div. ex quo funda- mentalis conceptus peccati originalis & communis humanæ calamitatis hauriri poterit. Nec obstat, quod ipsa illa naturalis labes, qua homines post lapsum in peccaminosa carne nascuntur, jam sit pena, quâ Adami posteri in eo jam sint puniti, quod necessario peccaminosi affectus ipsis cohærent, ut inde pœnas peccati incurre debeant; Cùm è contrâ Adam in concreta bonitate sine naturali peccandi necessitate

*Præprimitis  
spontaneam  
restistentiam  
Spir. S.*

tate exstiterit, à qua felicitate sponte recessit; indeque gravius, quam posteri, indeclinabile peccatum committentes, puniendus fuisset. Non enim calamitas, ex naturali effectu generationis peccaminosæ oriens, sanctissimo conditori imputari potest, nec posteri propriæ propter naturales ipsis indeclinabiles affectus, sed quod abolitioni per oblatam Divinam gratiam æquè sponte ut primi parentes resistant, & sese in

vera fide Divinæ gratiæ committere nolint, à Deo penitus æternis subjiciuntur vid. Joh. 16. v. 9. Quamvis etiam dici possit, Adamum propter amissionem imaginis Dei, quæ in perfectissima cum suo creatore unione & jucundissima fruitione omnium creaturarum, in & extra se, consistebat, multò graviorem luisse penam, quam ipsius posteros, qui illam cognitionem & felicitatem nunquam noverant, & ita multò facilius futuras calamitates, præsertim per meritum Christi perfere poterunt. Quod vero ad penam diluvii attinet, quâ universum genus humanum solâ Noachicâ exceptâ familiâ

*De causa  
diluvii &c  
juxta paenam.*

perire debuit; Sanè, gravissimam hic subfuisse causam, quæ totam naturam prorsus inquinaverat, & quæ non nisi cum amissione temporalis vitæ omnium in illa iniquitate, natorum expiari potuerit, extra dubium collocamus, & hâc vice seponentes, quid per illam/conjunctionem filiorum celorum cum filiabus terræ, ex qua viri potentes prodierint, indigetur. Illud tantum dicimus, hanc temporalem calamitatem non omnibus æquè gravem fuisse penam, vid. supra Thes. 9.

*De paganismis  
& in fide  
lumen liberis  
horumque  
paenam.*

nec Deum in illius executione meritorum considerationem omisisse. vid. Gen. 7. v. 1. De illis vero, quibus in paganismo constitutis lux Evangelii nondum innotuit, vel ab his natum antequam aliter informari potuerint, obierunt, melius est, illos ardenteribus votis Divinæ gratiæ commendare, quam eosdem simpliciter damnationi subjectos esse judicare, vid.

*Act. cap. 10. v. 34. 35. Ep. ad Rom. 14. v. 4.* Et cum periculose sit, justissima Dei iudicia ad corruptæ nostra rationis modulum examineate velle, ac sapienti humano iudicio etiam ex Regii Prophe-

Prophetæ Davidis effato, pro innocentibus ovibus reputentur, 2. Sam. cap. ult. v. 17. qui tamen ipsi Divinam iram promeruerant, d. c. ult. v. 1. potius hic abrumpimus, & exclamamus, Domine, justus es & omnia facta tua justa sunt. vid. Psal. 119. v. 157. & 145. v. 17.

## Th. XV.

Jam videbimus, quatenus homo in poenis infligendis *Quoniamque* divinam Justitiam imitari possit & debeat? Quod quidem *homo in pu-* pro modo humanæ imbecillitatis tantum intelligendum esse *niendis de-* facile constabit. Ubi primo recte concludimus: Sicuti Deus *licet, Deum* punit ex amore, ita quoque omnis pena humana cum amo- *imitari de-* re conjuncta esse debet; Siquidem amor unicum & firmissi- *beat.* mum Christianismi indicium. Joh. cap. 13. v. 35. add. Th. *hujus* Dissert. 4. ibique n. 6. Imo amor omnis juris implementum est i. Timoth. 1. v. 5. ita tamen, ut omnis amor erga homines invi- cem, amorem Dei includat & hunc pro fundamento habeat. vid. Evang. Matth. cap. 22. v. 37. 38. 39. Porro ex hoc funda- mento amoris, juncta consideratione propriæ imbecillitatis sequitur, ut quemadmodum Deus hominibus lapsis medium commeritas poenarum evadendi concessit; sic quoque in admi- *Nemo poene* nistratione externæ Justitiae humanæ, ad poenam irrogandam *subjicien-* non sufficere perpetratum esse aliquid punibile, sed simul *dus, si aliter* requiritur, ut consideretur, an non aliter Reip. salus conser- *salus publi-* vari, ac transgressor meritis afflictionibus in amore subtrahi *ca obtineri* posse, ne incidat in comminationem Apostoli Pauli Ep. ad posit. Rom. cap. 2. v. 1. & segg. Tunc enim demum ad poenam pro- perandum, ubi ex ejus omissione gravius Reip. immineret damnum. vid. Th. 3. n. 3. Neque etiam hic a Rigore justitiae divinae, ad humanam justitiam argumentari licet, cum homo Deo omnia debeat, & sanctissima ejus justitia malum sine satis- factione ferre non possit, homines vero sine respectu ad Deum invicem sibi nihil debeat, & affectus proprios sequen- do, alteri injuriam non faciant, nisi quatenus per hoc alter *laxatur*, in cuius reparatione, ad proprias imbecillitates &

\* ( 20 ) \*

amorem erga conservum, ab æque peccatore respectus ha-  
beri debet, vid. Matth. c. 8. v. 35.

### Th. XVI.

Porro; Sicuti Deus nullum punit extra meritum, ita &  
humana pena ordinariè ultra personam delinquentis secun-  
dum Dei expressum præceptum *Deut. 24. v. 16.* non extendenda,  
quod etiam observatum legimus *2. Reg. 14. v. 6.* Sic etiam Jus  
Romanum, qui non deliquerit, penam subire corporalem non  
patitur, sed vult, ut ibi sit pena, ubi noxia, & ut delicta suos te-  
neant autores, nec ulterius progrediatur metus, quam repe-  
riatur delictum, *l. 22. C. de Pen.* Obligatio enim ad penam ex  
merito oritur, meritum autem personale, quippe ex volunta-  
te ortum habens. H. Grot. de *J. B. & P. l. 2. c. 21. §. 12. ¶ 13.* Ita Ju-  
re Romano prægnantem mulierem mortis supplicio afficere  
nefas habitum est in *l. prægnantis 3. ff. de Pen.* Quod Jus etiam  
*Egyptiis & Atheniensibus* fusile testatur Brissot *secl. antiq.*  
*l. 2. c. 20.* Homo enim nullam habet potestatem in prox-  
imum, nisi ipsi hæc potestas à Deo concessa sit. Unde Sco-  
ti, quem sequitur Hugo Grot. *id. J. B. & P. l. 2. c. 1. §. 14.* sen-  
tentia est: *Fas non esse, quemquam ad mortem damnare,*  
nisi ob delicta, quæ lex Mosaica morte punivit, *aut alias per*  
*justam consequentiam exinde deduci possunt.*

### Th. XVII.

Notanter vero diximus in Thes. præcedenti: Ordina-  
rie penam non debere egredi personam delinquentis. Si e-  
nim inevitabilis Reip. necessitas & utilitas hoc requirat, pena  
etiam ad innocentes extendi potest; quia salus Reip. semper  
suprema lex est. Prout enim ipsæ leges divinæ tacitam ha-  
bent exceptionem summæ necessitatis *1. Sam. 23. ver. 6. Matth.*  
*12. v. 1. ¶ seqq.* Ita quoque hæc regula, delicta tenent suos autores,  
tacitam

*nisi in casu  
necessitatis*



\* (21) \*

tacitam hanc admittit exceptionem, nisi salus Reip. aliter requirat. Quapropter Criminalistæ semper animum suum ad statum Reip. sollicite aptare, & pro ratione damni & lœsionis Reip. factæ pœnas dictare debent, quod & præcipit Constitutio Criminalis Caroli V. art. 104. additum Puffendorff. de J. N. & G. l. 8. c. 3. §. 26. Hæc tamen Reip. necessitas ut sit vera, non ficta & cerebrina, bene caveat conscientiosus Judex, semperque in quantum fieri poterit magis de mitigatione, quam pœna exaggeratione cogitet, cum consultius & facilius sit, Deo misericordia, quam crudelitatis reddere rationes. Si vero, uti jam dictum, necessitas Reip. non aliter ferat, pœna etiam merito ad innocentes transit, qui pro conditione suprema Reip. salutis non solum bonis honoris & dicitiarum, sed & ipsâ vitâ privari possunt, quod respectu præcedentis delicti & ipsius delinquentis, pœna quidem dicitur, respectu vero patientis innocentis, mera calamitas est, de cuiusmodi pœnis in subsequentibus agemus.

### Th. XIX.

Ubi Prima occurrit quæstio de puniendo Crimine læse Majestatis, juxta l. quisquis, C. ad L. Jul. Maj. quam legem magnæ iniuriantis arguit Henricus Henniges in *observatione moralis & politica ad Grot. de J. B. & P. l. 2. cap. 21. §. 13. n. 2. Casp. Zieg. ibidem Puffendorff de J. N. & G. l. 8. c. 3. § fin. Verum illam ab *An in Crime. les. Maj. in-*iquitate non esse alienam in subsequentibus demonstrabitur. Quod, ut eò melius fiat, probe monendum, quod, *nocentes puni-*tic non agatur de injuria in Principis personam commissa si ne intentione excitandi tumultus, & sine respectu ad periculum multorum; de qualibus juris est aureo charactere no-tandus textus in un. l. C. si quis Imperat. maledix. Sed nostra lex 5. de crim. perduellionis & eo casu loquitur, si quis ipsum principem, vel illum, qui caput Reipublicæ repræsentat intuitu officii offendere illumque de throno dejicere,*

dejicere, vel totam Rempubl. evertore conetur vid. l. i ff. ad  
*l. Jul. Maj.* Quo periculosis vero hoc Reip. crimen, eo gra-  
viori pœna dignum. Unde non tantum ipse criminis læ-  
sz Majestatis reus, hujusque criminis consci in exemplum  
aliorum atrociori quadam pœna in corpore pleſtendi, o-  
mniaque bona confiſcanda; d.h.l. & A.Bull. tit. 24. item con-  
ſtitutio Caroli V. criminalis art. 218. Sed etiam perduellium  
liberi, ſive adhuc ſint in potestate patris, ſive emancipati, & à  
paterna & materna ovatione etiam proximorum hæredi-  
tate ac ſuſceſſione ita habendi alieni, ut ex Testamentis extra-  
neorum nihil capiant, ſint perpetuo egentes & pauperes, in-  
famia eos paterna ſemper comitetur, ad nullos prorū ho-  
nores, ad nulla Sacra menta perveniant, & poſtremo ſint tales, ut  
hiſ ſerpetua egeſtate fordinibus, ſit & mors ſolatiuſ, &  
vita ſuppliciuſ, licet vita ſpecialiter Imperatoriuſ lenitate con-  
cedi dicatur, cum paterno deberent perire ſupplicio, in quibus  
paterni, h. e. hereditarii criminis, exempla metuuntur. Ad  
filias quoque eorum delinquentium quolibet numero illarum  
fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matriſ, ſive teftata ſive in-  
teftata deceſſerit, lex vult transferre, ut habeant mediocrem  
potius filiæ alimoniam, quam integrum emolumen tuum ac  
nomen heredis, mitior enim circa eas eſſe debet ſententia,  
qua pro infirmitate ſexus minus auſuræ preſumuntur.

## Th. XIX.

*Confiſcatio  
bonorum  
paternorum  
non eſt po-  
ena,*

Quod vero diſtam confiſcationem bonorum concernit,  
illa quidem liberis incommodeum affert, propriè vero pœna  
non eſt, quia bona illa, illorum futura non erant, niſi à paren-  
tibus ad ultimum usque ſpiritu conservata fuerint H.G. de  
J. B. & P. lib. 2. cap. 21. §. 10. n. 2. delinquens autem ex eo tempo-  
re, quo per duellionem attentavit, bona ſimil amittit, illaque  
ſtatim fiſci propria fiunt, & futura ſententia condemnatoria  
ad tempus attentati criminis retrahitur, adeoque à momento  
cepti bujuſ criminis neque vendi, neque ullo modo alienari  
poſſunt, nec reſtē eis ſolvit debitor per l. 5. §. 4. l. 6. §. 1. & l. 8. in  
*pr. C.*

\* (23) \*

pr. C. ad L. Jul. Maj. unde expeditum: per amissionem bona-  
rum patris delinquentis filios propriè non puniri,

Th. XX.

Quod autem filii ex bonis matris etiam innocentis, nec *Bona ma-*  
*ex donatione vel testamento extraneorum nihil capere terna aufe-*  
*possint in perpetuum, quod multis deducit argumentis Jacob rumur ob*  
*Menoch. conf. 275. n. 33 & segg. illud p̄enam innocentis con-*  
*tinere videtur; cum tamen hoc in securitatem Reipubl. neces- *Reipublica*  
*sum fuitur introducere, ne filii ultores paternæ existant ne-*  
*cis, iustitia illud argui non potest. Ut plurimum enim cri-*  
*men perduellionis à potentioribus populi committitur. Ne*  
*igitur posteri simile quid moliantur, uti funesta satis exempla*  
*ex historia adduci possent, omnibus mediis necessariò privan-*  
*disunt. Quicquid autem in specie contra hoc objiciat d. Hen-*  
*nig. ad Grot. d. l. 2. cap. 21. §. 13. hoc omne corruvit ob salutem*  
*Reipubl. quæ suprema lex est. Si tamen exempla adsint, quod*  
*filiorum merita in Rempubl. longè excedant parentum deli-*  
*cta, & de illorum fide satisabundusque constet, tunc prudentia*  
*& gratia Principis nullis est alligata legibus & jus à rigore legis*  
*dispensandi & gratiandi hic locum habebit.**

Th. XXI.

De infamia ut etiam aliquid singulatum hic tractemus, o- *Vocis infan-*  
*pera pretium erit. Dicitur in d.l.s. Infamia eos paterna semi-*  
*per comitetur, ad nullos prorsus honores ad nulla sacramen-*  
*ta perveniant: & in l. 1. §. 3. ff. de suis & legit. hered. additur:*  
*nec iura Sepulchrorum filius habeat. Ad quæ reète intelligen-*  
*da, notandum, vulgo per infamiam male aliquid positivi intel-*  
*ligi, ita ut infamia in jure notati, tanquam abominabiles habe-*  
*ri debeat; Sie seynd also unehrlich und für Schelme zu achten/*  
*dass man ohne Schande auch keine Gemeinschaft mit ihnen ha-*  
*ben könne. Hoc enim ab omni charitate & Christiana religione*  
*prorsus alienum, nec Romanis legibus introductum, nec in*  
*bene constituta Reipubl. admitti deberet; quamvis corrupti*  
*Germaniaꝝ mores & falsus Doctorum intellectus vocis infan-*  
*miaꝝ*



mix, contrarium ferè in hisce provinciis introduxerit; Potius infamia juxta genuinam latinitatem, privationem tantum denotat, quod scilicet illa notati fama seu existimatione, quam illi habere debent, qui in Républ. ad honores aspirant, careant; vid. Dni, Presidis programma de fama. Unde Henniges d. l. predictam legem hic frustra iustitiae accusat, ipse enim agnoscit, oppido caveri posse, ne ad honores, ne ad Reipubl. munera admittantur, quia hæc in arbitrio Reipubl. sunt, cui illa collata velit. Imo rectè & hoc vult nostra lex: Distingvendum enim inter existimationem naturalem seu moralem & civilem. Illa in eo consistit, ut quis rectè agendo se tales gerat, & pro tali habeatur, cum quo agi queat tanquam cum viro bono & probo; Hæc est, quæ quis pro civi idoneo ac munerum in Républ. capaci, & si membro civitatis integro reputatur. Vid. Puffendorff de J. N. & G. L. 8. Cap. 4. §. 2. & 6. Illa per Imperantem pro mero arbitrio sine antecedente delicto ad iminequit. Hanc vero ille, qui summam habet in Républ. potestatem, pro lubitu alicui denegare potest, & hæc in nostra sapientia d. l. 5. tantum intelligitur. Unde etiam Puffendorff, alias nobis in hoc casu contradicens, L. 8. Cap. 3. §. ult. ipse agnoscit, ab honoribus indebitis aliquem arceri, propriè diétam pœnam non esse. Add. idem Puffendorff. L. I. cap 9. §. 2. Verbis: *Az. ob patris delictum usque ad finem.* Verba enim nostræ d. l. Infamia eos paterna semper comitetur &c. hoc volunt: detrahatur filii pristinus honor & existimatio, in qua ante inchoatum crimen pater fuit, & ad extinguidam omnem patris memoriam illi nomen mutent paternum. Ita olim autore Tac. Lib. 6. annal. in pr. omnes perduellionis damnati non solum ipsi afflitti & perdit, sed etiam nomen & memoria eorum. Deterre quippe legislatores à culpa simili volebant omnes, non tantum pœna, sed & ignominia metu; ut sciant omnem honorabilis existimationis memoriam, etiam in posteris extinguendam. Itaque hoc ferè usurpatum, ut nomen familie è factis deleretur, exemplum videri potest apud Lips. in d. I. Tac. 5.

Tac. 5. & quamvis gloriosissimus noster imperator Leopoldus Magnus, Filiis nonnullorum perduellium Hungarorum, non omni dignitate civili privaverit, & haec clementia maxime laudanda sit, interim æquitati nostræ legis s. nihil detrahit.

## Th. XXII.

Quod attinet sepulchrorum privationem ex l. i. §. 13. ff.  
de suis & legit. hered. Non quidem liquidum est ex lege nostra  
5. de valore illius legis primæ, interim tamen hoc certum,  
per denegationem juriū sepulchorum non intelligi, inno-  
centes filios sepulturā esse prohibendos, quia hac etiam cri-  
minosis conceditur, l. ii. C. de relig. l. 1. ff. de cadav. punit. Imo  
ipsis perduellibus in nostrā lege s. non denegatur, multò  
magis concedatur sepultura illis, qui non suo crimine rei, sed  
alieno miseri sunt. Dum igitur d. l. i. §. 3. dicitur, filium non  
habere jura sepulchrorum, sensus hic est, ad filios perduelli-  
um illustria familiæ monumenta non pertinere, nec hos in se-  
pulchris avitis sepeliendos magnâ pompa multisque solen-  
nitatibus, sed sine omni honore civili, qui alias ex simili stirpe  
ipsis post obitum exhiberetur. Filii enim perduellium nati-  
vitatis & sanguinis prærogativam in patre extinctam, non  
amplius habere censentur, sed tanquam vulgares cives pro-  
prii meritis relinquuntur, ut eo magis virtuti studeant.

## Th. XXXIII.

Dé ultimo suppicio magis est, quod in dubium vocari *Ultimum*  
possit; hoc enim primo intuitu admodum durum videtur. *Supplicium*  
Grotius de jure B. & P. lib. 2. c. 21. §. 13. n. 2. nescit, quis ausus *liberiorum*  
sit Imperatori Arcadio hoc dictare; Verum supercedemus respicit mo-  
prolixè narrare, quod usi olim receptum fuerit apud pluri- *res gentium*,  
mas gentes, ut ultimo suppicio affecti fuerint non modo  
perduelles, sed & ipsorum filii, sapè etiam propinqui &  
cognati. Unde Cicero Epist. 15. ad Brut. inquit: Illud videtur  
esse crudele, quod ad liberos poena perveniat, sed id & anti-  
D quum

quum est, & omnium civitatum. De Macedonum consuetudine testatur Curtius lib. 7. Cap. 1. & 2. Persarum mores tradit Justinus lib. 10. Quid apud Græcos observatum fuerit, docet vulgatum illud: Non sapit occidens patrem, qui pignora servat, creduntur enim filii ultores futuri paternæ causas, & idem cum patre molituri: Unde Romanis quoque Principibus in usu fuit, filios unā cum parentibus punire, ut ostenditur exemplo interfecti Sejani apud Sveton, in Tiber. Tac. 5. annal. Cum igitur verba Imperatoris: paterno deberent perire supplicio, & in d. l. s. C. ad L. Jul. Maj. & Cap. Vergen-  
 r. 10. X. de Hereticis & can. 22. Caus. 6. queſt. 1. ad mores illos Gentium respiciant, uti recte monet Antonius Perez ad l.  
 5. C. ad L. Jul. Maj. n. 16. hinc nihil cauſa est, cur Grotius mi-  
 retur, quis hæc Imperatori suggerere ausus sit. Et licet il-  
 lius poenæ calamitas innocentes liberos premat, tamen cūm  
 contra funestissimum à patre ipsorum toti Reipubl. paratum  
 malum, huic securitas plena aliter contingere non possit,  
 quām cum morte liberorum, hi non minus injuste vita pri-  
 vari possunt, quām cuique privato etiam cum periculo in-  
 nocentis interpositi sui conservatio licita. vid. H. G. de J. B.  
 & P. lib. 2. cap. 1. §. 4. Conservatio enim multorum & salus  
 publica omnem iniquitatem hic tollit. Eo enim in casu ne-  
 cessum est ire in partem severiorem, quā etiamsi trahere vi-  
 detur aliiquid iniqui, publica tamen utilitate compensatur.  
 Quin & ipsa justitia ratio majorem hic severitatem postulat,  
 neque in delicto, quod totam Rempubl. periclitari facit, ini-  
 quum est aliquem heredem paterni odii fieri. Ponatur  
 enim tota Respubl. in unam libræ lancem, & supplicium  
 perduellis in alteram, tandemque consideretur, an suo æquilibrio  
 confert proporcio, nisi quoque in familiam pena redun-  
 det. Vid. Gramond. de Ravalliaco parricid. Henr. IV. Nec  
 obiectio ante allegati Henniges obstat, quando dicit: ut  
 quis puniri possit, oportere eum criminis reum esse, & jam-  
 dum hærcere in delicto aliquo. Ast à quo tantum aliiquid  
 metui

*Aliquando  
etiam ne-  
cessarium.*

metuitur; ille hactenus nullo criminete tenet; Metus enim pertinet ad eum, qui metuit, non quem metuit: Ergo pœnae locus esse non potest. Resp. enim solum meritum non esse cujuscunque calamitatis inferenda causam adæquatam, nec quoque sufficere qualemcumque metum ad malum altari licite inferendum: quo pertinet illud Vibii Crispi: Quis tibi permisit sic timere: Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 1. §. 5. n. 1. Sed tamen & justum metum esse posse, ubi tales scilicet adfuncti circumstantia, quæ moralem habent certitudinem, ob quam tota Respubl. sibi necessariò prospicere teneatur. Sic etenim tota hæc pœna non adeò nascitur ex injustitia & alterius peccato, à quo periculum metuitur, sed primariò ex eo, quod natura quemque multo magis Rempubl. sibi ipsi commendat. Unde quoque speciale est in hoc crime, ut Princeps vel Imperantes vindictam proprii doloris & injuriaz cum aliorum injuryaz quævisvis vulgo credantur, cum potius miseri sint dicendi Imperatores, quibus non nisi occisis vix de conjuratione fides habetur. Evidem fatemur, non semper secundum rigorem justitiae esse procedendum. Ita quoque Christiani Imperatores & Principes sèpè mitius pronuntiârunt, licetque illis nonnunquam ulteriore moderationem adhibere. Verum ex hisce non rectè concluditur, istiusmodi *Aliquando misericordia habenda ratio.*

veritatem justitiae à potentioribus exerceri non potuisse, sed misericordia aliquando & æquitatis rationem habendam tantum evincitur.

## Th. XXIV.

Filiorum autem nomine in hac gravi & tristi materia non solum veniunt in potestate constituti, sed & emancipati, d. l. nomine que s. §. 4. C. ad L. Jul. Maj. Peretz. ad d. l. 20. n. 23. Quamvis enim Anthon. Matth. tit. 2. c. 3. n. n. 12. & Afflict. in constit. Patavenerum in fin. aliique interpres dissentiant in illis, qui ante crimem perduellionis commissum emancipati fuerunt, fundamentum hujus quærentes in dñi l. s. §. 4. hi tamen confundunt empanctiones cum dotibus liberorum & reliquis *substrata mataria.*

D 2

*aliena.*

alienationibus, de quibus Imperatores dicit. §. 4. tantum lo-  
quuntur, quod h̄z scilicet post crimen commissum facta non  
valeant, & eo ipso tacite innuant, quod ante facta subsistant.  
De emancipatione non idem dicitur, sed hoc duntaxat, quod  
post hanc legem latam concessa nullius momenti sit. Utrum  
ante, an post crimen, non distingvitur. Solam enim patri-  
am potestatem emancipatio dissolvit, non jura sanguinis: l. 8.  
ff. de Reg. I. nec oriundum inde metum hereditarii crimi-  
nis, qui primarium, cur pena dicit l. 5. ad liberos extendatur,  
fundamentum est. Qui metus eō major in filiis emancipa-  
tis, quod emancipatio propensioris in liberos voluntatis si-  
gnum est, & liberorum charissimis praestari solet, quoniam  
pro maximo beneficio & honore habetur; §. 2. I. per quas person.  
etique accipiuntur. Adeo, ut pater emancipans patrono manu-  
mittenti comparetur. §. 6. J. quibus mod. ius patr. pot. Indeque  
magis probabile, quod emancipati omnium primi ultores  
paternae necis futuri sint. Nec obstat l. 9. C. de bon. proscript.  
quippe quā generaliter de fontium ad mortem condemna-  
torum, non autem perduellium bonis disponit.

## Th. XXV.

Intelliguntur quoque per filios in hāc lege s. non fo-  
lūm nati post commissum à parte crimen, sed & an-  
teā nati. consentit Brunneemann. ad d. l. 5. n. 16. cum ibi-  
dem allegat. Doctor. Non solum nati, sed etiam posthumus:  
nomen enim filiorum & in posthumos cadere, ne quæstio-  
nis quidem est. l. 164. pr. ff. de V. S. l. 5. ff. de Test. tnt. Peretz, in  
C. ad L. Jul. Maj. n. 23. Quicquid enim in contrarium hīc affe-  
rant Cynn. & Jul. Clar. aliquae dissentientes Doctores, ratio ta-  
men legis manifesto generalis est, ut concepti ex tam scle-  
rato & infami proditoris sanguine, semper pauperes sint &  
impotentes. Nepotes quoque licet alias filiorum nomine  
ordinariē non veniant, §. fin. qui Test. tnt. dar. l. 6. ff. de Test. tnt.  
In substrata hac materia ad filios pertinent l. 10. in fin. C. de  
bon.

*bon. proscript. & arg. can. 2. S. heretici de Hereticis in' cto. Ubi ad posteros Majestatis reus penam transmittere jubetur: posterorum autem nomine haud dubie quoque nepotes veniunt dicit. S. qui Test. tut. dar. Imprimis si utilitas publica hoc exposcat. l. 14. ff. & l. 15. ff. C. ad Senatus CTum Macedon.*

## Th. XXVI.

Hæc ergo cum de liberis legitimis certa sint, non videatur dubitandum etiam in illegitimis obtinere debere, ne hi melioris sint conditionis, quam legitimi; Cum insolitum non sit, ut & filii naturales tantum liberorum nomine contineantur, l. 17. §. 4. ad Senatus CTum Treb. l. 12. §. fin. ff. de Accusat. In hisce tamen tanquam nec paternæ dignitatis nec bonorum successoribus, & ipsa decissio & ratio spē dict. l. 5. non habebit locum, nisi ubi nullis legitimis liberis extantibus, de sexta haereditatis portione, alias ipsæ competenti prætenso moveatur: quoad hanc enim æquè ut adoptivi omni jure cadunt; pœna, enim in crimen perduellionis statuta in tantum extenditur ad innocentes, ut etiam bona ne quidem ad agnatos, sed ad Fiscum veniant. Vid. Cynus Albericus, Salycetus aliquique, quos refert Fachinæus L. 9. tit. 36. Quamvis enim in aliis rectius quis faciat, qui in dubiis contra Fiscum pronunciat, per l. 10 ff. de jure Fisci & l. 1. C. de Secund. Nupt. hic tamen ratio pro Republ. & Fisco evidenter militat. Nec obstat argumentum dissentientium, qui insultant rationi hujus legis, tanquam quæ à duobus metu & ab in certo eventu defusa sit. Sufficit quippe hic probabilis eventus, etiam si non plane certus, quoniam cum de Regis aut Reipubl. salute timetur, creduli esse debemus. Curtius l. 6. c. 8. & praefat, quædam capita innocentia coercere, quam illis parcendo in gravissima pericula totam patriam conjicere. Metus tamen aliquis subesse debet, & hinc si certò constet de fideliori & meliori animo liberorum & agnato-

rum erga Rempubl. ob cessantem legis rationem lex quoque  
cessare debebit. Vid. L. 5. in fin. C. ad L. Jul. Maj.

## Th. XXVII.

*Filiis cleri-  
corum his  
non excipi-  
unur.*

Quæ de filiis haçtenuis dicta sunt, tam de clericis, quām  
de laicis intelligimus, ne melioris conditionis Sacerdotes sint,  
quam principes. Principum filii qui hanc luçtuosam parentum  
poenam non effugient. Quanquam enim Matth. de affict.  
ad. 2. F. 57. qua fin. realia. Verb. bona committentium crimen Ma-  
jestatis n. 46. Botell. in tractat. de arbitrio §. 1. gl. 3. n. 54. asse-  
veret nunquam se vidisse clericum privari beneficiis ob rebel-  
lionem commissam in dominum secularm, & propter delictū  
patris nunquam filium privari beneficio Ecclesiastico; præ-  
tensa, tamen Clericorum prarrogativa figmentum saltem Papi-  
starum est; unde in Clericis hic idem quod ita dictis Laicis sta-  
tuendum præprimis quod experientia testetur, gravissimas  
eversiones & revolutions rerum publicarum, vix sine Cleri-  
corum auctoritate, vel horum ope & consilio & contigisse, ut  
de nullo magis, quam de scripturæ eruditis & pharisæis caven-  
dum sit, quorum audacia de externo regimine sub censuram  
vocando, & omnia ad illorum tanquam infallibile iudicium  
trahendo, plus quam notissima & merito qvovis modo refe-  
nanda est.

## Th. XXVIII.

*In quantum  
filie perdu-  
ellum seu  
tiant in-  
commodum.* De filiabus quiddicendum jam supra in Th. monuimus,  
ad quod & hoc addendum, quod præter ea, quæ ind. l. 5. §. 3.  
in mediocrem alimoniam potius, quam integrum emolumen-  
tum & nomen heredis illis debetur, ne quidem ab extraneis  
aliquid capere possint. vid. Anton. Matth. tit. 2. c. 3. n. 12. Uxo-  
res quoque perduellum dotem quidem, & illa, quæ à viris  
donationis titulo ante inchoatum crimen acceperunt, d. l. 5.  
§. 5. ad Jul. Maj. recuperant. Si tamen uxoribus usus fructus  
servata liberis proprietate donatus sit, tunc tempore, quo usus  
fru-

fructus absimitur, proprietas fisco debetur, deducta tantum pro filiabus Falcidia d.l.i. §.5. Mulier autem quæ dotem non habet, & inops est, hoc casu portionem legitimam ex authenti C. unde vir & uxor & Nov. 118. Cap. 5. pretendere nequit. vid. authent. de bon. damnat. C. in fin. & Nov. 34. C. ult. in fin. Cessat enim Ratio authenticæ C. unde vir & uxor, & capitis 5. Novelle 172 quippe quæ hac est, ne mulier ostiati eundo vel stipem colligendo, defuncto suo marito sit dedecori, quæ ratio ad perducem non quadrat, sed e contra manifestò est contra rationem legis 5.

## Th. XXIX.

Porro & Satellites aliosque perduellium ministros d.l.5. Ministri §.6. simili severitate ac filios puniendos præcipit, quod tamen perduellium de illis, qui quodam modo ejus consciæ fuerunt aut ope vel um quando consiliis suis coniurationem adjuvare voluerunt, intelligi & teneantur, quitas postulat. De aliis vero consciis extra familiam rebellium constitutis, si coniurationem non detexerunt, & quior videtur sententia. Non teneri quenquam revelare coniurationem per modum manifesta accusationis, nisi eandem evidenter possint probare, ne se fuosque in præsentissimum conjicant periculum, juxta L.3.C.b.t. Teneri tamen omnem fidem subditum notitiam suam de instanti rebellione vel ipse vel per alium imperanti revelare. Vid. Menoch. L.2. arb. quest. C. 35. n.10. & seqq. Anthon Gabr. L.7. concl. commun. ult. potissimum n.5. Quod si hoc non faciat, poena erit arbitraria Menoch. d.l.n.13. quæ tamen etiam ad mortem extendi solet. Exemplum in Guarnetto Jesuïa conscio coniurationis in Anglia Anno 1606.

## Th. XXX.

Bona, quæ liberis ob crimen læsa Majestatis auferuntur, hic intelliguntur omnia adventitia & profectitia præsentia & futura, per contractum inter vivos vel per ultimam voluntatem concessa, mobilia & immobilia jura, actiones & nomina, etiam bona alienari prohibita, imo quoque in alieno territorio sita;

*Bona omnia  
confiscanda.*

fita; In omnibus enim eadem ratio est. Sola bona castrenia & quasi castrenia liberorum, nisi & hæc amplissima sint, excipiuntur; In quantum enim liberi bona possident castrenia & quasi castrenia in tantum de republica benè meriti esse vindentur, nisi & hi criminis conscië probari potuerint, tunc enim ob proprium crimen bona amittunt.

Th. XXXI.

*Etiam seu-  
dalia*

Bona quoque non solum allodialia sed & feudalia amittunt, & ratione liberorum perinde est, an feudum sit novum vel antiquum; simpliciter enim ob crimen perduellionis quicquid utilitatis vasallus perduellis ejusque posteri ex re feudali sperare potuissent, ad Fiscum summæ Majestatis devolvitur; sive feudum fuerit mediatum, sive immediatum; salvo tamen jure Domini feudi & agnatorum, si posteri delinquentis fuerint extinti, quorum nomine Fiscus interim feudum possidet, & casibus obvenientibus præstanda præstare debet.

Th. XXXII.

*Jus quoque  
Patronatus  
Fisco cedit* Denique etiam ipsum jus Patronatus ob crimen perduellionis amittitur. Cidat. de jure Patron. in 20. q. decima partis principialis n. 28. Sub hac tamen iterum distinctione, ut jus quod competeteret filiis & in extraneum transferri potest, Fisco applicetur, quod autem ipso jure devolvitur ad agnatos, illud & hisce remaneat, & eo tempore, quo descendentes non superfluent.

Th. XXXIII.

*quid sit hereticus in  
sensu Theologico* Crimini læse Majestatis jus canonicum hæresin quoque comparat, cap. 10. X. de heret. Antequam autem decidendum quid juris sit in filiis hæretorum, primo investigare e re fore duximus, quis sit hæreticus? in sensu Theologico ille solet dici hæreticus qui à communī Orthodoxyā recedit. Cum vero dogmata fidei, tanquam ad intellectum non ad voluntatem pertinentia, legibus externis non subjaceant; videatur ingeniosissimus Dnus Thomas. Disput. de hæresi, ille juxta Sa-

ta Sacrae Scripturæ sensum potius dicendus est hæreticus, qui aliquid pro licito agit & venditat, quod cum propriis ipsis hypothefibus Religionis Christianæ subsistere non potest, aut per quod imbecilliores ab agnita vera fide & vita Christiana facile seduci possent; quo pertinent loca *e. ad Corinth. 6. v. 3.* & *seqq.* usque ad finem & *i. ad Corinth. 10. v. 18.* usque ad finem cum similibus: Vulgarem autem illam definitionem hæretici, si qui agnitus veritatem oppugnant, eo minus agnoscamus, quo tales in spiritualibus dari, uix nobis persuadere possumus. Nos vero hic hæreticum magis in sensu juridico *quis sit in sumimus*, qualem istum esse existimamus, qui contra pro-*sensu juris*hibitionem Majestatis vel imperantium, aliis dogmata religio-*dico*, ni ibidem adprobata contraria persuadere, vel exercitium religionis Christianæ prohibitum instituere nititur.

## Th. XXXIV.

Duplex exinde exoritur quaestio, an scilicet ipsi hæretici, *Filiis hereticis* qui in sensu Juridico tales sunt, poena externæ subjici possint corum ob- & secundo, quid juris sit circa hæreticorum filios? Quoad pri- parentum ] mam quaestionem liberæ quidem hominum mentes esse de- heresi ex- bent, nec ullis legibus externis cogi possunt. Doctrinæ igi- terne poene tur argumentis convincendi sunt, & qui errore aut defectu *nisi ejus fuerit* intellectus veritatem cognoscere nequeunt, devotis precibus rint partici- Deo sunt commendandi exemplo Salvatoris *Luc. c. 23. v. 34.* pes non sunt. Qui autem crassia ignorantia errant, satis Deum ultorem ha- subsciendi. bent, nec quicquam gravius propter ipsam religionem in cor- pora eorum statui potest, nec illorum conscientiis imperan- dum nec in illorum opiniones, uti olim in Hispania, inquirendum, sed unusquisque propriæ suæ conscientiæ relinquendus, & juxta hæc hactenus a jure Civili *l. 4. C. de hereticis*, & *jure Canon. l. 13. §. 2. & 7.* merito recedimus. Quoniam autem ma- gistrati incumbit ut non tantum de præsentaneo externo commodo subditorum sollicitus sit, sed etiam quomodo sub unitate vinculi religionis in sincero amore & ordine ad per- perpetuam felicitatem contineantur, & de Reipublica admodum

intersit homines esse religiosos, certo persuasi quod in divinum cultum committitur in omnium ferri injuriam per l. 4. C. de heret. inde publica salus efflagitat , prospicere, ne cuvis liceat, fundamenta religionis ibidem approbatæ oppugnare, aut hisce contraria publice aut privatim alias docere, sed potius ut quæ huic contrariæ videantur alias communicari prohibeantur, vid C. 7. & C. 9. pr. & C. 12. X. de heret. & si hoc intermittere nolint, procriminosis habeantur, & ad minimum ex Republica exire jubeantur, ne Rempublicam variis dissidiis repleant , ac gravissimis damnis anfam præbeant.

Th. XXXV.

*A criminis  
in Principem  
commisso ad  
crimen in  
Deum com-  
missum ar-  
gumentari  
non licet.*

Quoad secundam quæstionem de jure in hæreticorum filios; illud quidem argumentum de gravitate criminis majoris in Deum commissi, quam in Majestatem humanam , in hoc sensu locum non habet, quod propter offenditionem Dei illud crimen æque sit puniendum in liberis hæreticorum, ac in filiis perduellium; Sic enim propter omne delictum contra Decalogum pœna extendenda esset ad hæredes. Nullum quippe est peccatum, quod Deum non laudat; Nec pejus videtur intellectus errore in falsam fidem delabi, quam voluntariis sceleribus voluntatem Dei cognitam violare. Potius illud misericordia & compassione dignum est, hoc execratione & pœnis. Interim tamen longe alia ratio est criminis hæreseos, ac aliorum delictorum. Scandalum enim per homicidia, adulteria, furta & similia datum per poenam reo infiætam tollitur; Crimen vero hæresos præsumitur in hæredes sparfum & ita Reipubl. in futurum nocivum, cum hæretici raro sibi solis errant, sed dementiam spargant in proximos, quod Seneca Epist. 94. de malis in genere prædicat; Crescit enim & serpit malum quotidie Liv. L. 39. C. 16. Maximè si probra non noceant tantum, sed faciant quoque & cum Manichæis ad imam usque scelerum nequitiam descendant l. 5. C. de heret.

Th. XXXVI.

*Heretico-  
rum filii, ni-  
jus Canonicum ad liberos hæreticorum in C. 10. X. de hereticis  
exten-*

extendit poenam criminis hæreticos, quod tamen cum hac li-*si parentum*  
mitatione accipiendum, si liberi hæreticorum se ab hoc reatu *heresi ma-*  
*non purgaverint.* Si verò liberi veram, aut publice approba-*culati,* non  
tam amplectantur religionem, ac Deus iis meliorem animum *puniuntur.*  
inspirando, à parentum erroribus discreverit, etiam secundum  
jus Canonicum pœnæ paternæ non participes fiunt, quod evi-  
dentissimo argumento c. 9. *X. de heret.* probatur. Adeoque jus Ci-  
vile in hoc passu à jure Canon. non multum discrepat in l. 4. §.  
6. *C. de heret.* & Nov. 129. c. 3. item *authent.* idem & *authent.* Gazaros  
*dicit.* tit. *de heret.* Liberi itaque hæreticorum non hæretici ad pa-  
ternam successionem vocantur, postque eos cognati admittun-  
tur proximi l. 13. §. 1. l. 15. 17. §. 1. l. 18. pr. & §. 1. l. 19. pr. C. eod. Nov.  
129. 144. C. 1. Ex quibus omnibus constat, quod liberi hæretico-  
rum non tam ob parentum, quam præsumtum proprium erro-  
rem quædam incommoda sentiant.

## Th. XXXVII.

Porrò Spurii, vulgo quæfiti, varii Manzeres, incestuosí, *Filiis illegi-*  
*neſarii.* Adulterini, ex facrilegio nati, Nethi, Hybridæ & Ba-*time quæſis*  
ſtardi, omnesque illegitimè nati (de quorum differentia vid, non habent  
Paleot. de notis spuriisque liberis c. 16.) sine proprio ipsorum patrem mo-  
delicio, parentum hæreditate privari, & profus innocentia ralem, & sic  
honoris dispendio puniri videntur. Verum cùm omnes si paterna he-  
ne conjugali consensu concepti ad propagandum stemma pa-*reditate ex-*  
*tris producti non sint, & sic moraliter partem, qui sc. sibi illos cluduntur.*  
procreaverit, uon habeant, licet de patre physico aliquando a.  
liqualis certitudo adſit, & hic partum agnoverit, qui tamen  
hoc non agnovisse creditur, partum sibi, sed tantum se causan-  
te natum, exemplo foetus animalium, qui ventri non  
vero domino patris cedit, aut artificis, qui alii ope-  
ram suam concedens opus non sibi, sed ei, cui opera præ-  
fita, acquirit, ut sic liberi, non patri concepti matri so-  
lummodo nascantur, ita tamen, ut si mulier de cætero hone-  
sta fuerit, hoc est, ad quam publicè aliis accessum patuisse non  
constat, propter præsumtam deceptionem, vel quod concu-

bitus sub assecratione, non securar<sup>e</sup> imprægnationis inter-  
venerit, stuprator quasi ex L. Aquilia de damno dato tenea-  
tur, alimenta à matre vel Republ. suppeditanda resarcire,  
quamvis ipsi partui directo obligatus non sit. Proinde si ma-  
tri ob hujus concurrens gravius crimen fortè incestus, adul-  
terii, simileve, actio contra imprægnatorem non competat,  
hic tantum, ne Republ. ejus delicto gravetur, in subsidium ad  
alimenta tenetatur c. s. in f. X. de eo, qui dux. Ac nemo extra ma-  
trimonium partum jure patris agnoscere & alere, sed solum-  
modò pro diversitate casuum aliquando vel à matre impro-  
bè decepta vel à Republica, in qua est ille partus, da-  
manum avertere debeat: sequitur, quod ita procreatus tan-  
quam patrem non habens non magis de denegata paterna  
successione conqueri possit, ac liberis pauperum injuria non  
sit, quod cum dñioribus ad æqualem successionem non ad-  
mittantur, proinde in tales per denegatam successionem pa-  
ternam nulla poena redunt. Respectu vero matris (ad  
quam solam tales partus pertinent) poenam innocentum sa-  
pere videtur. Quod si illa illustris fuerit, i. e. ingenua vel no-  
bili stemmate nata; tunc spuriis eidem non succedere l. s. C.  
ad Scrum Orf. Quod quidem ad castitatem eò magis obser-  
vandam publici pudoris gratia constitutum imperator in d.  
l. s. deprædicat. Interim cum hac constitutio dura sit, illa  
ad nullos alios, quam ad spuriis, seu cuius pater incertus sit, &  
quidem liberis legitimis simul existentibus, extendenda erit  
d. l. s.

## Th. XXXVIII.

*Qui juxta ordinem Creatoris sunt progenitis prefervuntur illis, qui ex mera piat, non habent.* Quod maculam illegitime natorum concernit, sane  
ipsa natura & recta ratio illis prærogativam concessit, qui  
eadem juxta ordinem creatoris operante ita progeniti sunt,  
ut genitorum locum occupent, præ illis, qui ex mera exæ-  
stu libidine concepti, ac in graviori peccato coagulati,  
patrem certum, qui honestam illorum educationem susci-  
tare possint, non habent. Quæ naturali horum macula, etiam in ci-  
vili

vili societate, non immerito attendenda. Cujus effectus sunt, ex estu-  
primò quòd locum faciat querelæ inofficioi testamenti l. 27. C. ti libidine  
de inoffic. restam. secundo, quòd illà alpersi non facile admitt.  
concepti.  
tantur ad dignitates, l. 3. §. 2. ff. de Decur. nec tertio recipi  
soleant, in collegia opificum, vid. Richter. part. 2. decif. 80. n.  
19. & seqq. quarto quod non sint testes omni exceptione ma-  
iores arg. l. 3. pr. ff. de testibus. Ex facinoroso enim parente na-  
turaliter tales esse præsumuntur, donec vitâ suâ contra-  
rium probent. Denique quod etiam ex testamento paterno  
ad refrenanda vitia parentum non nisi sub certis conditioni-  
bus, legibus singulariter concessam quantitatem capere pos-  
sint vid. l. 12. C. de nat. lib. ibique Gothofr. in not.

## Th. XXXIX.

Si verò ex illico coitu nati vita honestatem sequantur,  
& propriâ virtute decorentur, a dignitatibus & honoribus  
merito non prorsus excludendi sunt d. l. 3. §. 2. ff. de Decur.  
Macula ex  
illico coitu  
natorum  
& iis probatâ ipsorum virtute restitutio natalium non de-  
neganda, sed simpliciter concedenda erit, cum non impedi-  
endus sit conatus honestatis ejus, qui nihil admisit l. spuri 6.  
pr. ff. de Decur. Et nemo alterius odio prægravari c. 22. de Reg.  
Juri. in bto. l. 33. C. de inoffic. test. nec per alterum iniqua condi-  
tio alicui inferri debeat. l. 7. 4. ff. de R. J. Quo facit textus in  
can. nunquam 4. distinl. 56. Ubi Chrysostomus non minus ve-  
rè, quam eleganter: De vitiis, inquit, nunquam erubescamus  
parentum, sed illud unum quaramus & semper amplecta-  
etiamur, virtutem videlicet; Ita ex meretrice natus vel ex ad-  
ulterâ, si propriâ virtute decoretur, parentum suorum non  
dedecoratur opprobriis, add. can. 5. & 8. distinl. 56. Cùm ni-  
mis crudele sit, ut infantes, qui sensu carent, adeoque dolî  
& culpæ in capaces sunt, peccasse intelligentur l. 33. in f. C. de  
inoffic. restam. l. 1. v. impuberis vero C. de falsa moneta. Undecun-  
que enim nascantur homines, si parentum vitia non secten-  
tur, sed Deum rectè colant, honesti & salvi dicendi sunt.  
Semen hominis ex qualicunque homine Dei creatura est.

E 3

Et

Et eo male uteutibus male erit; non ipsum aliquando malum erit. August. can. 8. caus. 32. queſ. 4.

Th. XL.

*Natalium  
restitutionio  
non debet  
esse sine ef-  
fectu.*

Non solum itaque naturales, sed etiam spurii de probata emendatione vita per singularem dispensationem absque præjudicio aliorum à Principe vel Comite palatino convenienti modo natalium restitutionem seu maculae purgationem obtinere possunt. vid. Struv. *Synagm. Jur. Civil. Exerc. 3. th. 47. § 53.* Unde & ita legitimati seu potius honore natalium decorati (ne actus ille planè sit frustraneus) in collegia opificum recipiendi sunt. Actus enim Principis hic omnia supplet, quæ alias ex legitimo thoro natis competebant; dummodo Princeps ex certa scientia hoc ita constituerit, nec eidem obrepitum sit, aut Comes Palatinus, non ad solam lucri captationem, sed ad judicialiter cognitam morum honestatem, diploma honoris seu vulgo dictam legitimationem expediverit. Quod si nihilominus opificum collegia tales legitimatos admittere nolint, per licita juris remedia ad hoc cogendi sunt, nullà contrariâ confertudine attentâ.

Th. XLI.

*Carnifex  
eorumque  
liberi an le-  
vis note ma-  
cula labo-  
rent.*

Ad illos, qui citra ipsorum injustum factum macula notati censentur, quoque referuntur carnifex, qui non solum ob fordidum vita genus, quod exercent, quo excoriatores & latrinarum purgatores alunt, cumque his conversantur, sed etiam ob originem, quam ab antiquis temporibus & hominibus sceleratis ad mortem condemnatis trahere videntur leviorum & sceleratorum animorum homines præsumuntur. Notum enim est ex historia sacra & profana, quod olim Principes criminis condemnatos vel ipsi vel per primarios Ministros aut belli Duces trucidaverint, quod sub Christianismo nimis crudele visum, ita mutatum, ut ex numero ipsorum delinquentium aliqui vel per fortē eleeti, vel à Republ. ad hoc denominati, officio carnifex fungerentur, eoque à proximis pœna liberarentur. Hique per commissum delictum &

& in secutam sententiam condemnatoriam pro infamibus haberentur & à consortio honestiorum virorum remoti essent. Ex quo non ab omni ratione alienum est, quod etiam carna-  
cес nostri seculi eorumque liberi ad munera publica & colle-  
gia opificum non admittantur. Add. Marq. Freher, tral. de in-  
fam. L. 3. c. 24. Speidel notab. voc. Henckel.

Th. XL.I.

Molitores quoque, textores, Chirurgi, balneatores, opilio-  
nes, publicani, tibicines, buccinatores eorumque liberi ex mori-  
bus Germanorum ob nequitias & levitates, quas committere solebant, à consortio aliorum & collegii quodammodo erant exclusi. Quæ tamen confuetudo in Rec. Imp. anno 1551. tit. 37. §.  
1. Et ord. pol. de anno 1577. tit. 38. §. i. in tantum mutata est, ut omnes dummodo honestam & modestam agant vitam, à nullo collegio sint excludendi. Idem de filiis commentariensium & licetorum dicit Ant. Bullarius ad ord. crim. art. 180 circa finem Carpz.  
p. 2. Decis. 112. Hahn, ad tit. ff. de procurat. & defens. n. 2. in fine.

Th. XL.II.

Ad penas sine culpa etiam referri solet conditio natorum Filiis servarum quare  
ex servabus. Si enim mater toto tempore, quo uterum gereretur, sequuntur  
rebat, serva erat, partus exinde natus etiam servus fiebat, do-  
mino enim, non patri erat genitus pr. I. de ingen. l. 18. ff. de conditione  
Stat. hom. vid. l. 8. §. 8. l. 12. 17. pr. l. 29. de patr. §. 3. quib. mod. ius matris.  
par. Nov. 22. c. 8. arg. l. 7. C. de R. V. Verum hoc propriè ad  
penam non est referendum. Sicuti enim privilegia præmia  
virtutum, nobilitas glorioſorum parentum ad progeniem  
transmittitur per l. 196. de R. I. Ita partus ex ancilla natus se-  
quitur conditionem matris quæ non sibi, sed domino, parit.  
d. l. Illud multò magis hac pertinere videtur, quod servi super Servi in  
alterius crimine tantum pro testimonio dicendo, cum causa alteria  
alias ipsi nulla habeatur fides, questionibus subjici posse rius torque-  
sint tot. tit. ff. & C. de question. quæ tamen leges Romanæ ri poterunt.  
non tam propter cessantem privatam servitutem inter  
Christianos, (uti Dd. vulgo volunt quamvis sine fundamento.) sed

sed propter communem humanitatem non facile imitandæ, nisi præter personæ vilitatem & inde dependentem suspectam fidem alia concurrant circumstantiæ, testificantem falsitatis arguentes, quemadmodum hunc modum testimonium per torturam eruendi in casu vacillantis testis etiam ad clericos inferiores Canonistæ extendunt. vid. Brunnen. ad b. 8. C. de Episc. & Cler. Innocentes quoque qui ad legitima indicia torturam sustinuerunt de injuria conqueri non possunt, Conſt. Crim. art. 61.

Th. XLIV.

*Actiones  
poenales &  
rei persecu-  
toriorum  
huc  
non perti-  
nent.*

Actiones penales, quæ in hæredes non dantur §. 1. I. de perpet. & temporal. action. l. 1. pr. ff. de privat. delict. l. III. §. 1. ff. de R. f. l. 22. in fine ff. de operis novi nunciat. l. fin. de pop. action. l. un. in f. si quis jus dicenti non obtemper. l. 5. §. 5. ff. de his. qui effud. & actiones rei persecutoriæ, quæ non dantur nisi in hæredem l. 67. de contrab. emt. l. 20. pr. de acquir. rer. dom. huc non pertinent. Sola causa primipili ad penas innocentum quadammodo referenda, in hac enim pater & filius tenetur, et si nihil ex hereditate ad eos pervenerit per l. vlt. C. de primipil. p.

Th. XLV.

*Nec fide-  
jusso.*

Pœna, quam fidejussor pro noxio solvit, cum ex promissione ad hanc & quæ ac ex alio contractu donationis sc. vel commodati teneatur, huc minus recte refertur. Nec pœna illius, qui turpe mandatum exequitur, dum turpi imperio sponte qui pareat, ejusdem nequitia reus est, cuius imperans, quippe flagitijs rei societas huic mandato subest, quæ ubique viribus deſtituitur, pœnasque meretur l. 35. §. 2. de contrab. emt. l. 170. in fin. de Fidej. Nec crimina ab invito commissa, hujus sunt loci, cum agendi necessitas agentem excusat, fin §. 8. de publ. & Vtig. Nec casus fortuiti, qui apud Græcos voluntario exercitio luebantur, quia illi non in eis fortuiti, sed culpæ aliquid habentes, non enim solo proposito delinquitur, sed impetu quoque & casu, quem evitare possumus ac debemus. l. ii. §. 2. de pen. Quapropter quædam crimina fortuita extra ordinem quidem puniuntur, sed non extra culpam. Ord. crim. art. 146.

Th. XLVI.

*Nec poena  
mandati  
turpis.*

Nec exercitatoria vel similis actio, nec edictum pœnale. *Nec eadē aduersus nautas capones, stabularios, pœnis innocentum ad numerandum, quamquam alius damnum dederit, quia explo- rare debuisset exercitor, cuius innocentia sint, quos praepo- suit. l. fin. S. 4. ff. Naut. Camp.* Nec conditionem moresque illo- rum, quibus sponte res suas committit, ignorare deberet. *l. 19. pr. de R. f. Aliquatenus enim culpæ reus sit, & ita innocens non est, qui operâ incognitorum hominum utitur. § fin. de obl. que quasi ex delict. nasc. l. 5. § fin. de obl. & Act. add. l. fin pr. in fin. Naut. Camp.*

Nec actiones noxales hoc recentendæ, cum non pœ- *Nec actiones noxales.*  
nales, sed rei persecutoria sint pr. j. & li. § n. ff. si quadrup. paup. *fecisse dic. junct. l. 5. de obl. & act. ff.* Nec si sine ulla Domini aut alterius culpa brutum homini cædem inferat, aut aliud quid abominandi & prodigiosi perpetret, ob quod illud brutum trucidandum, ut omnis memoria indigni casus abolescat, & hominum oculis evellatur facinoris peracti monstrum. *Exod. c. 21. v. 28. & can. 4. caus. 5. quest. 1. Ord. Crim. art. 16. Carpzov. part. 2. qnas. 76. n. 30.* Licet enim hisce castib[us] Dominus ja- Eturam animalis patiatur, nullum tamen delictum præcessit, nec a Domino innocentia, nec a bestia irrationali, quæ ratio- ne caret, & quam punire stultum foret, cum pœnam nostram nec meret, nec sentit, *Sen. de Ir. l. 2. c. 26.* sed respectu Domini animalis est fatale damnum, & que ac si alicujus bestia in fove- am vel amnem inciderit ibique perierit.

Nec actiones de effusis aut dejectis deposito vel suspenso *Nec acti. de effusis.*  
huc pertinent, quoniam culpa est penes eum, qui inhabitat. *l. 1. S. 4. de his qui effus. & positum habere etiam is videtur, qui ipse quidem non posuit, verum ab alio positum patitur. l. 5. § 10. act. 11.* Nec ignorantia se excusare potest, quia custodia loci ad eum spectat, qui vero custodiā in se recepit, is hujus peri- culum custodiaz præstare tenetur. *l. 40. locat.*

**Decimatio**  
licet non-  
quoniam  
innocentes  
tangat, ta-  
mum iusta.

Misis ergo his & multis aliis, quæ ab aliis sub has mate-  
ria tractari solent, propriè autem hoc non pertinent, aliquot  
tantum casus, qui potius è re nostra sunt, hic addendi. Inter  
hos præcipua est pœna decimandi legiones. Si enim totus  
exercitus fugerit, vel aliud flagitium rei militaris admiserit,  
per sortem in quosdam animadverti solet, ut metus videlicet  
ad omnes, pœna ad paucos veniat. Cicer. pro Client. c. 46.  
Quoniam autem sorte res dirimitur, quæ tamen cœca & te-  
meraria rerum judex est, & innocentissimos quandoque da-  
mnat, adeò, ut ad ejus arbitrium recurrendum non sit, quam-  
diu aliud remedium superest: l. 14. de Jud. l. sū. pr. C. Commun.  
de legat. §. 23. Hinc & aliquando fortes, & magnanimi, qui  
etiam simul fugere tenentur, cum vident se hostiis solos non  
sufficere, postquam Commilitones terga dederunt, per talem  
sortem puniri possunt, adeoque pœnæ in hoc casu innocen-  
tes tangit. Interim tamen cum omnes fuisse cädere, aut in-  
terficere, totumque exercitum destruere non sit consultum,  
sed necessaria venia, ubi totus deseruit exercitus: Sen. de Ir. l. 2.  
c. 10. ob utilitatem publicam & in exemplum aliorum hæc  
antiquissima consuetudo, jure militari Brandenburgico art. 33.  
§. 35. comprobata est, addatur Struv. Syntagm. juv. civ. exerc. 49.  
ib. 89. sub num. 5. cum ibidem allegatis.

Th. L.

**In tumultu**  
quando quis  
occiditur,  
quis puni-  
endus.

Occasione alicujus tumultus, qui Magdeburgi anno 1611.  
contigit, dum minister justitiae der Schärf Richter oder Nach-  
richter in officio, quod caput malefici primo iectu non ampu-  
tasset, in tumultu publico concitato trucidatus est, & de homi-  
cida non constitit, tum temporis à diversis facultatibus juridi-  
cis responsa requisita sunt, juxta quæ alicui non quidem de  
ipso homicidio, sed de singularibus in ipso tumultu perpetratis  
excessibus, convicto in terrorem aliorum capitale suppli-  
cium dictatum. Consilia & responsa de eo casu congesit. Ja-  
cobus Alemanus in palestra consultat. Jur. Illustr. consult. 9. sub  
rnb.

## Th. LI.

Simili ferè modo in bello contra improbum hostem justus In Bello in-  
suscepto, ubi scilicet læsis nulla, nisi in armis, spes relicta est, nocentes et  
Liv. lib. 9. c. 1. & ubi bellando nil nisi pax tuta quæritur. Cic. de  
offic. lib. 1. c. 23. & ut quisque sine injuria vivere possit; id dictat  
lib. 1. c. 11. plerumque & innocentes puniuntur, nec tamen pro-  
pterea bellum injustum est, cum salus publica aliter obtineri,  
aut conservari non possit. Cumque etiam subditi semel o-  
mnem potestatem in Regem suum transtulerint, illiusque fu-  
turas actiones approbaverint, vel Resp. in id tacite consense-  
rit, & societatem quandam perpetuam & immortalem contra-  
xerit, ut ratum habere velit, quod maxima Reipubl. pars con-  
cludit: civitas autem est unum corpus politicum & ita etiam  
censendum, quod unicam habeat animam & voluntatem, five  
malum perpetrando, five in eo communicando, five toleran-  
do, five connivendo & dissimulando, five non impediendo:  
hinc etiam, tanquam instrumenta quibus adversarius bellum  
instruit, debellari eorumque bona ab alia Majestate dirui & ex-  
stirpari possunt, & excusandus utique est princeps, etiam si fer-

ro vindice innocentes ac noxiis juxta cadant. Tacit. annal. l. i.  
Noxiis quidem culpa sua pereunt, innocentes autem principis  
sui aut Reipubl. poenas sine merito suo luunt, dummodo hoc  
quoad vitæ privationem non extendatur ad illos à quibus  
nulla violenta aggressio metui possit e.g. feminas, infantes  
ac quoscunque prorsus inertes. vid. H. Grot. d. jur. belli & pacis  
l. 3. c. 4. §. 9.

## Th. LII.

*Pœna Rei-  
publice  
quamsodo  
in mem-  
bris ci-  
vatis trans-  
ferti posse.*

Quod etiam ipse quis poenam Reipublicæ in se transfer-  
re, & exitium, quod omnibus impendet, unus pro omnibus  
fuscipere & subire possit, non adeo dubium erit, cum salus  
singulorum saluti unius membra anteponenda sit. Neque  
enim libidine vanâ vitam deserit, qui sanguinem pro re com-  
muni effundit, sed Imperio Dei hoc facit, sine cujus permis-  
sione quidem hinc demigrare prohibemur, ne munus huma-  
num assignatum subter fugere videamus; Cic. Sonn. Scip. cap. 3.  
illo autem justam causam offerente & evocante sequi opor-  
tet. 16. Tusc. 1. c. 32. in f. An autem civitas innocentem dedere  
possit altioris indaginis est. Nos cum Puffendorffio de Jur.  
N. & G. L. 8. c. 2. §. 5. brevibus eam resolvimus per fequa-  
rem distinctionem. Aut ob probrum aliquod commissum,  
quod tamen poenam capitalem non meretur, vita alicujus  
civis depositur; aut ob publicum, ab aliis civibus commis-  
sum delictum. Priori casu licet fortasse omnibus modis ca-  
lamitatem subterfugere possit civis, id tamen cavere debet,  
ne sui causa civitatem malo involvat. Adeoque si se ipsum  
in hostis potestatē tradere nolit, tenebitur tamen alio se  
transferre, ubi receptatoribus suis nihil negotii facessat, quod  
nisi fecerit, culpa in totam rem publ. reus est. Posteriori casu  
non tenetur civitas ejusmodi hominem cum periculo exiti  
omnium defendere, quo & ipse quaesitus periret, ac talis in-  
nocens non servaretur, nam in omnibus is, quæ humani sunt  
instituti, excepta, videtur necessitas summa. Nec tamen civi-  
tas

tas talem simpliciter tradere, sed postquam illum pro viribus defendit, & omnem movit lapidem, ut perfugam aut alia ratione elabi posset, ubi isthac non succedunt, & malum imminens depelli non possit, illum deferere denum potest & debet. Add. Grot. d. J. B. & P. L. 2. C. 25. §. 3. Ubi enim se imparem esse defensionis innocentis videt, magis debet ab ea absinere, quam totam patriam in discrimen cum ipso innocentem tradere. Contra officium enim est majus damnum minori anteponere Cic. de offic. L. i. c. 10. Quod jus tamen caute observandum est, ne extra casum summae necessitatis innocens ad supplicium exhibeat. Bonus enim Magistratus civium sanguini tanquam suo pareit, & scit, homini non esse homine prodige utendum. Sen. ep. 88. Si autem hostis e. gr. praefectum urbis ob publicum officium, quod gessit, & cuius limites non excedit, forte exposcat, ille nec tradendus nec deferendus, sed potius omnia fato committenda alias forte in futurum nemo recte suo fungeretur officio. De parte imperii, an illa scilicet ob publicam utilitatem tradi vel deseriri possit, vid. Grot. d. J. B. & P. L. 2. c. 6. §. 4. 5. 6. 7. 8. Quod tamen non ad poenas innocentium, sed ad calamitatem referendum est, nisi tale quid ob præcedens delictum fiat.

## Th. LIII.

In obsides quoque quamvis innoxios, violata suorum Obsides et fidei, jus oritur animadvertisendi; quemadmodum & in legati et regatos, innocentes, tam illas & alias & inviolabiles, l. fin. de iam immo legat. L. 8. §. 1. d. R. D. vid. Val. Max. l. 6. c. 6. add. Grot. de J. cente ali- B. & P. L. 3. c. 20. §. 52. & seqq. nisi generositate illius, cui in quando pse securitatem dat sunt, à pena liberentur. Liv. L. 28. c. 34. nisiatur. Denique propter aliorum malitiam, ne flagitosi excusationem ex aliorum exemplo querant, interdum propter leviorem culpam pena durior, licet non commerita, non in- Pena duri- juste decernitur. Ex qua ratione mulieri, cui parturienti or aliquan-

F

¶ (46) ¶

do in exēmā ex improviso partus in latrinam ceciderat,, fustigationis & plūm alio- relegationis pœna dictata fuit, ne improbae meretrices simili rum dīllan- exemplo flagitium infanticidii excusare prælumant. Ter- da, . ror enim aliorum potissimum atrociorum pœnarum finis, ac salus publica suprema lex est, vid. l. 16. §. ult. & l. 38. §. ff. de pœn. add. Tiraquell. tom. 7. & ult. de pœn. temperand. aut remitt. caus. 44. n. 33. Cujus rei ut & aliorum huc pertinentium va- ria exempla afferri possent, nisi inevitabilis festinatio hic ju- beret abrumpere. Interim pleraque similia juxta haec tenus tradita decidi poterunt.

Te autem B. L. rogo, si in aliquo aberraverim, me amice potius monere, quam acerbius corripere velis.

DEO T. O. M. SIT LAUS ET GLORIA.

## DIATRIBE De NON REMITTENDA POENA CAPITALI HOMICIDII.

Quibus supremum vitæ & necis , simul & aggratiandi jus in Republica com- petit, homicidæ doloſo mortis pœnam ex mera gratia , nedum pro accipienda pecunia , salva conscientia remit- tere non possunt.

**P**rodiit nuper sub auspiciis ingeniosissimi , & in omni eruditionis genere versatissimi Jcti Dn. Tho-

Thomassii disputatio inauguralis, de jure aggratiandi  
 Principis Evangelici in causis homicidii, quæ tota eo  
 tendit, ut evincatur, Principi Evangelico facultatem  
 moralem competere, homicidam dolosum ex mero be-  
 neplacito dimittere, ac pro expiando crimen mulctam  
 pecuniariam sumere, addito simul præjudicio ab Illu-  
 stri hac Facultate in simili casu factæ decisionis. Cui sen-  
 tentiae piaculum mihi esset contradicere, nisi certus  
 sim, autores illius disputationis eadem benignitate  
 contradictionem admissuros, qua libertate, commu-  
 nœm hypothesin destruendi, non sine modestia usi sunt,  
 in primis cum haec quæstio, ipsis contradictibus fa-  
 tentibus, ex obligatione juris naturæ & Divini venti-  
 landa sit, & sic conscientiam concernat, pro qua pro  
 posse pugnare, nemini vitio verti solet. Quamvis ergo  
 dissentientibus concedamus, quæstionem hanc non ex  
 ulla Civili aut Canonica lege, aut Theologico tantum  
 ratiocinio, sed ex fontibus immutabilis divini juris, tum  
 revelati, tum ex conservatione ordinis naturæ colli-  
 gendi, decidendam esse, illustrationis tamen gratia si-  
 milia adhibere licebit. Quod jus naturæ attinet, sive il-  
 lud ex socialitatis principiis (quamvis facile à recto tra-  
 miti seducentibus) sive ex rationis dictamine (pro cu-  
 jusque temperamento admodum fallaci) sive ex evi-  
 denti divina ordinatione, in ipsa naturæ harmonia &  
 conservatione adparente, deducatur, non difficile erit  
 probare, sine dolosi homicidæ capitali poena, ordinarie  
 Rempublicam male administrari, per consequens con-  
 trarium, tanquam simpliciter bonum, eligendum esse.

Post-

Postquam enim amoris status, omnis legis expers, cupiditate proprii jucundi, amissus est, ac homines in perversa desideria rapti, societatem Civilem inire, & hoc sensu civitatem ædificare, cum Caino, omnibusque Adami posteris, constituerunt, hoc quam maxime sine illud factum, ut tuto quis cum aliis vivere, ac ab ipsorum truculentia magis securus esse possit. *vid. Genes. 4. v. 14. seq.* Unde tam conservatio necessariae illius societas inter homines, quam recta ratio & ordo naturæ postulat, ut illi, qui potissimum DEI creaturam impetuoso affectu destruere, ac omne vinculum societatis humanae rumpere, relata ausi fuerint, tanquam hujus indigni, & ne exinde pejora eveniant, pro conservatione aliorum, ex omni societate humana, morte eliminantur. Et quamvis domini dissentientes urgeant, non recte ex eo, quod expedit, necessitatem agendi inferri; consideranti tamen obligationem naturalem illum qui Reipublicæ praest pro conservatione subditorum, facile adparebit, illum omitendo tale quid, quod omnibus expediebat, ac vinculum societatis postulabat, naturalis justitiae legem offendere: quod manifesto declarat ipse Deus, dum in hunc finem quibusdam summam potestatem in alios concessit, ut commeritis pœnis fontes afficiant. *vid. Rom. 13. v. 4.* qui DEI præscriptum ordinem non observantes, emphatice inculpantur, *Sap. 6. v. 1. seq.* Cum ergo contradicentes fateantur, homicidis, secundum Divinam voluntatem ac Civilis societatis conservationem, mortis pœnam haud injuste inferri, illi, qui vicarium DEI Imperium in Republica

publica exercent, obstricti erunt, occisionem homicidæ Reipublicæ proficuam, omni modo promovere. Accedit clara divina dispositio *Genes. c. 9. v. 5. & 6.* quod non futuri tantum eventus prædictionem, sed præcipientis mandatum contineat, tam ex eo adparet, quod expresse ultionis sumendæ ibidem mentio fiat, qua divina ultio Magistratui in Republica commissa, *alleg. cap. 13. Rom.* quam quod simul clare in hoc loco addatur, quod sanguis homicidæ per homines effundendus sit, quod secundum regulas justæ interpretationis aliam, quam justam ultionem (de qua hic agi, ex præcedenti versiculo apparet) non involvit. Alias abominabile illud sequeretur: DEum voluisse injusta alterius invasione homicidæ reatum ulcisci: potius secundum regulam à contradicentibus propositam, hæc interpretatio prævalebit, quæ ultionem juri naturæ ac Divino, simul & ordini Reipublicæ convenientiorem intelligit, præcipue cum ipsa ratio huic regulæ adposita, non tantum sit universalis, sed etiam necessitatem moralem agendi involvat. Et si, juxta contraria opinionem, dictum hoc prædictionem aliquam Divinam contineret, absolutam necessitatem eventus inferre deberet, eo quod in versiculo præcedente, de enixo divino proposito ulciscendi agatur, ac plane in conceptum Divinitatis non cadat, illum sine effectu aliquid velle posse, *juxta dict. Num. cap. 23. v. 19.* E contrario, ex confessione ipsorum contradicentium, scipiis observatum fuit, homicidii reos in pace, etiam non poenitentes obiisse, ex quo prædictio illa, falli, quod absit, argui posset. Præferendus ergo communis & Hebræorum & paraphrastarum sensus hujus dicti, de obligatione homicidam dolosum interficiendi. Et, quo minus de eo dubitari possit, hæc lex *Exod. cap. 21. v. 12. seq. & Levit. cap. 24. v. 17.* non tantum ex ore DEI per Mosen promulgata, sed etiam ab illa omnes exceptiones

G

præter

præter fortuitum casum, remotæ, iterumque hoc variis exemplis illustratum in repetita lege. *Num cap. 35. v. 16.* usque ad fin. vid. quoque *Deut. cap. 19. v. 10. 13.* & *cap. 21. v. 9. 2. Sam. 4. v. 11.* Quæ loca ad legem forensen judaicam restringere, tam præcedens generale dictum *d. cap. 9. Genes.* quam adjectæ generales rationes, hodie in nostris Rebus publicis non cestantes, non admittunt, imprimis cum periculose sit, ab immutabilis Divinæ justitiae regulis sine evidenti circumstantiarum discrepantia recedere, ac tutior semper sit opinio, quæ voluntatem DEI imitatur, præ illa, quæ in dubio, sub praetextu legis forensis, ab ea recedit. *vid. Disp. Dn. Præsidis de oblig. forensi jur. divin.* Et quamvis solum illud dictum *Deut. cap. 21. v. 9.* generalem moralitatem illius præcepti, de interficiendo homicida doloso, satis ostendat, dum expresse additur, quod illud fieri debeat, ut administretur iustitia ante oculos Domini; tamen & exemplis res hæc in sacro Codice illustratur. Dum enim Rex David ad voluntatem DEI imperans, pro conservanda sua suorumque salute, impediiebat, Joabum homicidam occidere, mutata rerum facie, filio Imperium administranti, in ultimo elogio injunxit, ut juxta suam sapientiam non permittat, eundem in pace mori. Actoties Prophetæ mala imprecati sunt illis, qui sanguinem innocentem non vindicarunt, immo in innocentum solarium, ad necessariam mortis vindictam contra homicidas provocarunt. *Ezai I. 15. Ezech. 7. v. 23. 18. v. 10. 11. & 13. 13. cap. 22. v. 13. cap. 23. v. 45. cap. 35. v. 6. Hes. cap. 6. v. 8. 4. Esra I. v. 32. cap. 15. v. 9. Apoc. 13. v. 10.* Quod ultimum dictum ad solum casum persecutionis primitivæ Ecclesiæ, in adjecto Consilio quondam Rintelensis Theologi Hennichii, non sine violentia vocabulis inferenda, restringitur. Nec obstat, quod dissentientes urgeant, naturæ jus certam pœnam non determinare, quamvis puniendum homicidium dicitet. Concedimus

mus enim, ex naturali ratione determinari non posse, an homicida rota, gladio, securi, lapidibus, aliove modo interfici debeat: sufficit ad nostrum scopum, demonstrasse, quod ē medio societatis humanæ sit tollendus homicida, quomodo cunque pro statu Reipublicæ & circuito stantiarum illud contingere possit. Et dum dissentientes expresse concedunt, non sine prudenti ratione à capitali poena recedendum esse, eo ipso largiuntur, aliquam ad hanc obligationem subesse, ad cuius observationem, prudentius consilium, quam juri Divino conveniens, inveniri non poterit. Neque varietas circumstantiarum hanc decisionem dubiam reddit, quippe quod hic de homicida doloso agamus, & quidem juxta §. II. cap. I. dictæ disput. sine omni alio respectu, quales dolosi homicidæ recensentur Numer. 35. Ut frustra hic distinguitur inter non præmeditatum, & infidiosum homicidium: sufficit enim destinata voluntas ad offensionem injustam, ex quo homicidium fecutum est, quamvis animus occidendi non appareat. Porro exemplum Regis Davidis, Absolonem ob fratricidium non punientis, eo minus aliquid in contrarium evincit, quo, illud à spiritu sancto approbatum esse, non appareat; potius eventus ostenderit, ex ejus omissione magna calamitatem illi Reipublicae contigisse. Sic nec de Caino dici potest, quod huic ista poena sit remissa, cum, quod illa, quæ DEVS ex absoluta potestate disponit, homini jus non faciant, tum, quod ante introductam Civilem potestatem, illud de occidendo homicida per homines, sine offensione iustitiae, effectum habere non potuerit. Imo & hoc largimur, quod illud præceptum, de anima advertendo in homicidiam mortis poena, summas potestates tantum stringat, quoad defensionem suorum subditorum, & non ad qualem cunque occasionem alibi factam extendendum sit, dum propter subditorum, non aliorum conservationem ac iustitiam

in illo territorio colendam, gladius Imperantibus concessus sit, unde homicidii capitalem poenam non recte dictari illi, qui in alia Republica quendam dolose occidit, ex inclita hujus Academiae Facultate Juridica olim responsum esse, comperi. Alias quoque rationes. e. g. deficiens occisoris superius judicium, ejusque summa in occisum potestas, aut nullum exinde aliis metuendum damnum, vel ingens ex occisione resultans commodum, utpote publico latrone interfecto, vel ex ejus ultione certo metuendum malum &c. imperantem ab exequenda mortis pena retrahere posse, non negamus, & si talia sub praetensa prudenti ratione intelligentur, non multum cum allegata disputatione discrepabimus. Illud vero quam maxime adversandum, quod severa illa homicidii pena juris divini, in mulctam pecuniariam converti posse, nonnulli praetendant, quo facile eveniet, ut iuxta *Jeremie Propheta* increpationem cap. 2. v. 34. sanguis pauperum à divitibus effusus, inultus maneat. Contra vero dolendum admodum, eo tempora nostra devenisse, ut ex aliquorum transgressionibus illi, qui Reipublicae praefunt, quaestum facere intendant, illudque ab illis, qui de vera iustitia respondere debeant, promoteatur. Vix enim casus adduci poterit, ubi de homicida condonando, vel aggragatione actum fuit, qui non divites reos concernerit, quales, satanae testimonio apud *Jobum* cap. 1. v. 4. omnia lubentes pro vita offerunt. Cum vero adjectum in saepe allegata disputatione Responsum ostendat, inclytam Facultatem hujus Academiae aliquando per majora vota pro contraria opinione respondisse, è contra Dn. Praeses de suo dissensi, ex ad ductis hic rationibus, me certiore fecerit: ideo hanc ejus opinionem publicae quoque censuræ subjecere volui.

F I N I S.

Halle, Diss., 1702 A - k



Sb.

VD18





DISPUTATIO INAUGU  
DE  
**POENIS INNC**

*Quam*

RECTORE MAGNIFIC  
SERENISSIMO PRINCIP  
**DN. FRIDERICO**  
SCEPTRI BORUSSICI ET ELECTO  
GICI HEREDE, AC I  
EX DECRETO ET AUTOR  
FACULTATIS JU

SUB PRÆSIL

**DN. HENRICI B**

Serenissimi ac Potentissimi Boruss. R  
Magdeburg, & Prof. Ju

**DN. PATRONI AC PRÆCEPTORIS SU**

**PRO LICE**

SUMMOS IN UTROQUE JURE HC

*Ad D.* *Maji Anno Salu*

Horis Ante & Pome

*Publicæ disquisitioni ex*

**SIMON HENRICUS CÖPER, D**

EDITIO NOVA ET REVISA. CUI ACC

D E

**NON REMITTENDA  
PITALI HOMIC**

HALÆ MAGDEBUR

Litt. CHRISTIANI HENCKELII

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

ue

8

19

18

17

16

15

14

13

12

11

10

9

8

7

6

5

4

3

2

1

0

metres